Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Wilhelm Witzendorff

M. Wilhelmi Witzendorffs Professoris Publici Regiomontani Civilis Prudentia : Complectens Ethicam, Oeconomicam, & Politicam

Rostochi[i]: Rostochi[i]: Ex Bibliopolio Hallervordiano: Richelius, 1642

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730525139/phys_0001
DFG

~~33. XVII. 30.~~

~~XXXVIII. XVIII. 32.~~

41 b. 17.

J. I a. 3185.

J I b

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730525139/phys_0002
DFG

M. WILHELMI Witzendorffs
Professoris Publici Regiomontani

CIVILIS PRUDENTIA,

Complectens

ETHICAM,
OECONOMICAM,
&
POLITICAM.

ROSTOCHI
Ex Bibliopolio Hallervordiano.
1642.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0003
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0004
DFG

ILLUSTRISSIMIS & CELSISSIMIS
Principibus ac Dominis

DN. CHRISTIANO LUDOVICO,
DN. GEORGIO WILHELMO,
DN. JOHANNI FRIDERICO,
DN. ERNESTO AUGUSTO,

Fratribus Germanis, Ducibus Brunſwicenſibus & Lunæburgenſibus, Dominis ſuis clementiſſimis.

BEllatorem *duo perficiunt*; Prudentia & Fortitudo. *Sine Fortitudine Prudentia diu reſiſtere poteſt; ſine Prudentiâ Fortitudo nullâ eſt, & quæ ejus vicem ſubit, audacia ruinam ſtruit. Hinc verè dictum,* Duplum cernunt, qui literas didicerunt. *In bello maximè eſt opus conſilio, quia &* celerrimè & prudentiſſimè *eſt conſulendum.* Celerrimè; *quia occaſiones rapiendæ & in arenâ conſilium capiendum.* Prudentiſſimè, *quia non licet bis peccare; primus error capitalis eſt. Hinc* Agamemnon *non decem Ajaces aut Diomedes, ſed Neſto-*

ras optabat. Pericles, *Græciæ fulmen, annos quadraginta eloquentiâ populum, fortitudine militem, utrumq; prudentiâ gubernabat. Bella multa consilio; pauca robore perficiuntur. Improbè fecit* Aggripina *cùm Neroni imperaturo negavit convenire Philosophiam: timebat enim, ne literù cultus è potestate Matrù citiùs exiret. Nec rectè* Carolum filium Ludovicus XI. *scire plus noluit latinè, quàm illa verba:* Qui nescit dissimulare, nescit regnare. *Potius illud laudandum, quod olim Julius II., Pontifex dicebat:* Literarum scientiam in plebejs argentum esse, in nobilibus & Principibus gemmas: *addam ego cum insigni quodam Politico,* in Ducibus esse Victoriam.

Rectè hæc perpenditù, Celsissimi Principes, *dum Dilectissimum* Vestrum Parentem, Ducem & Heroem nostro seculo Bellicosissimum & Felicissimum *æmulaturi animum prius sapientiæ studiis imbuitù, Linguas varias excolitù, Historias priscas & recentes ad imitandum Vobù ob o-*

culos



culos ponitũ. Gratulatur hinc sibi dulcissima nostra Patria. Novit enim, se aliquando Duces nacturam, qui militi grati futuri sint, qui feroces temperare, torpentes erigere, timidos firmare possint; qui socios retinere, dubios allicere, hosti potentiam detrahere, socios suspectos reddere, ipsos inter se committere; imò non tantùm belli, sed & pacũ tempore Cives, eorundemq; mores rectè informare & ad Bonum publicum ordinare queant. Quæ sanè omnia contingent Prudentiæ Civilis beneficio, & quidem eo felicius, quò compendiosius in eâ versamur. In hunc finem convenientissimâ methodo universam Civilem Prudentiam paucũ pagellũ comprehensam in eâ formâ exhibere volui, ut, si quis eam familiarem sibi reddat, & in Historicorum lectione crebrò applicet, brevi ad felicitatem civilem, quam in hac quidem vitâ expetimus, aspirare valeat.

Breve illud scriptum, Celsissimi Principes, ad pedes Vestros humilimâ cum animi devotione depono; non quidem ut munus

nus tantis Principibus condignum; sed ut qualecunq; subjectionis debitæ specimen & monumentum: quod ut benignissimo & clementissimo vultu recipiatis, summâ cum submissione oro.

DEus Opt. Max. V.V.V.V. C.C.C.C. vitæ diuturnioris incolumitatem concedat felicissimam, dona ex Illustrissimo Dn. Parente in Vos velut transfusa indies magis magisq; adaugeat, omnigenamq; cum totius Patriæ nostræ salute prosperitatem impertiatur!

C.C.C.C. V.V.V.V.

Subjectissimus

WILHELMUS Witzendorff
Medingâ-Lunæburgicus.

In



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0011
DFG

****

In Epitomen Civilis Prudentiæ Dn. M. Wilhelmi Witzendorffii Philos. Pract. Profess. Publ.

PRæcocis studium celebritatis,
scribendi Cacoëthes, arrogansque
scriptorum titulus, qvibus (dolendum!)
Jam totus graviter laborat orbis,
Witzendorf, decus eruditioris
gentis, delicium Dei, & voluptas
humani generis tuum libellum
Moralis Sophiæ brevem tabellam,
non, qvod forsitan hic vel ille falsâ
Inflatus sapientiâ putabit,
Prelo subjiciunt; Sed annuente
Phœbo Prussiacô, novus Professor
factus nostri Academici Lycéi,
Ut Prudentia, qvæ Sophis vocatur
Civilis breviter modô probatô
magni Judicii viris Juventæ
tradatur, studiosiùs laboras.

Nam qvod latiùs explicat ſeqvaci
Cum turbâ nitidus ſcientiarum
fons Ariſtoteles ſagaciori
Illud mente revolvis, atqve parvo
In ſyſtemate contrahis rotundè,
qvod velut rutilus micat pyropus
gemmas inter & Indicos lapillos
& ceu Tyndaridæ, gemella celſo
ſplendent aſtra polo, volansqve Cygnus
Stellis præ reliqvis, nitet micatqve
Inter cœtera ſcripta, qveîs acuti
CIVILIS SAPIENTIÆ Magiſtri
ſunt laudem meriti perennis ævi
Cordis dimidium mei, WILHELME,
qvi prodeſſe cupis tuis Juventæ
ſcriptis, ſive nigras dies tenebras
ſeu clarum revehant diem tenebræ
excellentior eminentiorqve
qvod ſi vis fieri, eruditionis
fœtus conſimiles para, paratum
nec nobis opus invide, novata
In qvo dogmata Zwinglii refutas

argu-

argutè : Hæreticis enim dolosis
mox est pellis ovina detrahenda
hac ne decipiant rudem popellum.

Excellentissimo Dn. Autori
amico suo singulari
fecit Regiomonti

Georgius Gülich
Megapolitanus.

CIVILIS PRUDENTIA.

CIvilem Philosophiam aggressuri *Prolegomena* nonnulla præmittemus, *generalem* ejus *naturam & constitutionem* exhibentia.

1. *Civilis* hæc *Philosophia* aliàs dicitur *Practica*; vel ἀπὸ τῶν πρακτῶν, ab Objecto; cùm versetur, in iis, qvorum actio moralis: vel ἀπὸ τῆς πράξεως, ab operatione, qvæ finis est hujus doctrinæ & virtutis.

2. Cum eâ & *Subjecto* (facultate ἐρεκτικῇ) & *Objecto* (Actionibus, qvatenus illæ honestæ) & *Fine* (Summo Bono Practico) idem qvid est *Prudentia*, habitus ille cum rectâ ratione activus, sive qvi secundum veram & rectam rationem agit illa, qvæ homini bona sunt, & vitam hanc decent & juvant, *Arist. 6. Eth. c. 3.*

3. Unde

Civilis Philosophia die Weisheit von
der ehrbarkeit aggressuri angehen
wollen, praemittemus so wollen wir vorher
gehen lassen Prolegomena id est praemit
tenda sive praefatio Euchrade Theo
reticus Wasmann bloß wissen muß:
Practicus Wasmann lehrsam muß
Civilis Philosophia vel practica die Weisheit
vom sonsten Stuhl umleben und wandel Etica
[illegible]
Etica dr practica a. ab obiecto quia versatur
circa id quod agi debeat 3. [illegible]
[illegible]
ἀπὸ τοῦ πρακτῶν illi qui agi debet
Cum versetur in iis quarum actio morali
weil sie mit umgehet daß zum guten
Sitten und gutem leben gehöret
Philosophiae Practicae 3 sunt species
1 Etica quae dicitur ab ἦθος mores quia versa
tur circa mores
2 Politica a πόλις civitas quia versatur circa rem pub
ricam
3 Aeconomica ab οἶκος domus et νόμος lex quia versa
tur circa rem domesticam
— facultas appetitiva quae quid sit sibi. et obiec

ist ein geschicklichkeit actionis so daran
dalt recta ratione nach der wegen
warnumpt
sensus prudentia facit ut qui prudenter
agat. agere et efficere differunt, agere
dreitz de actione immanente, efficere
de actione transeunte.

3. Unde consequitur, *Civilem Philosophiam* rectè per habitum activum definiri.

4. Et ille habitus est in *homine* tanqvam *Subjecto denominationis*; & in ejus *animâ* tanqvam *in Subjecto inhæsionis*; in *facultate* verò *appetente*, tanqvam in *Subjecto perfectionis*, qvam ita perficit, ne immoderatè appetat.

5. Objectum Philosophiæ Civilis est *actio humana*, qvatenus in eâ honestas refulgere debet. Ubi nota, *Actionem* h. l. sumi *confusè & imperfectè*, prout ea in se præcisè considerata vel rectè vel vitiosè componi apta nata est, & ad honestatem informari debet: *determinatiùs & perfectiùs* sumitur in Definitione Summi Boni.

6. *Finis* est ἔξις, ἀπόδειξις, Bonum Practicum, qvo impetrato omnis propter eum institûta actio cessat.

7. Dividitur ex diversâ consideratione Objecti & Finis in *Partem Generalem*

lem & Specialem. Obiectum enim Actio sc. Humana consideratur primò generaliter & directivè, qvatenus virtuosa & honesta dici debet; & hinc habemus Ethicam. Deinde applicativè & specialiter, qvatenus debet esse Actio honesta hominum vel Civiliter (unde oritur Politica); vel Domesticè (unde Oeconomica) viventium. Simili modo consideratur qvoq; Finis.

8. Ex qvâ consideratione apparet, Ethicam, Oeconomicam & Politicam non esse distinctas Disciplinas & Prudentias, sed unius Disciplinæ, qvæ Prudentia dicitur, distinctas Partes.

9. Qvæ omnes Ordine Analytico tradi debent; cùm semper ab iis incipiendum sit, qvæ notiora nobis sunt, non qvæ naturâ, juxta Aristot. 1. Eth. c. 4. t. 21. Primò itaque perpendendus Finis: secundò Media ad Finem illum perducentia.

10. Qvibus ritè præmissis rectà jam progredimur ad rem ipsam, & primò ad PARTEM CIVILIS PHILOSOPHIÆ GENE-

quod sunt practicae disciplinae sunt
Ethica oeconomica politica disciplinae
Directive [illegible] das sol regiret werden theore
tica practica ordine [illegible]
Applicative ingebrauch oder in der zuei
gung Civiliter in den burger standt.
Domestice im hauß standt

considerat 4. in genere quatenus est actio
deinde in specie
B. an sint una disciplina vel 3. distin
cta

vide in logica de illa AB. p. 186.

notior nobis est quod primo in aliquare
cognoscitur naturaliter notio natura
est quod si scias reliqua omnia per lumen
addiscas ut Ex: gral: Ecclesiae Cunae AB.
Quibus rite promissis [illegible]
[illegible] gangen
AB. est notior nobis cuius causa est notio
natura, causa et generalia sunt
notiora nam notiora hic idem est quam priora
specialia et effectus sunt notiora

GENERALEM, qvæ ab *Objecto & Fine* ἀπὸ τῶν ἠθῶν Ethica dicitur, actiones morales viri boni *precisè & in genere* absqve determinatione ad certum & specificum statum seu conditionem considerans, sub ratione honestatis, & qvatenus simpliciter respiciunt civilem beatitudinem, qvæ in hoc mundo hominem revera civiliter felicem denominare qveat.

II. Dari autem ejusmodi *beatitudinem civilem* ceu ultimum hominis finem inde patet, qvia aliàs appetitus non haberet in qvo acqviesceret, qvodq; per se appeteretur, & sic daretur progressus in infinitum, vanusq; adeò & inanis noster esset appetitus, juxta *Aristot. l. 1. Nicom.*

12. Consistit ea 1. non in *Voluptate corporù*, ut *Aristippus* statuit, & ex parte *Epicurus*, cùm ea homini cum brutis sit communis: Summum autem bonum hominis sit proprium *l. Eth. c. 6.* nec 11. in *Honore*, ut nonnulli Politici volunt, qvos *Aristot.* χαριεντας gratiosos appel-

lat, cùm non sit proprium bonum ejus cui defertur: siqvidem est honorantis non honorati; nec III. in *Virtute* ut Stoici & Cynici arbitrati sunt; cùm *Virtus* non propter se, sed ut propter eam viri boni & felicis titulus seqvatur, virtus expetatur: nec IV. in *Divitiis*, cùm non propter se appetantur, sed propter vitæ usus necessarios, juxtà *Cic. I. offic.*: nec V. in *Ideæ contemplatione*, ut *Socrates* & *Plato* statuerunt; cùm non in actione, sed nudà speculatione consistat, & à practicis operibus procul remota sit: sed VI. in Actione secundum virtutem.

13. Hinc eam *cum Aristot.* ita definimus: *Beatitudo* seu S. Bonum Practicum est operatio animæ rationalis secundum virtutem optimam & perfectissimam in vitâ perfectâ.

14. Dicitur I. *Operatio animæ rationalis*: siqvidem est nobilissimus hominis effectus; ideoqve tali tribuendus potentiæ, qvæ inter omnes præeminet, hominemqj ab aliis discriminatum arguit.

Ubi

perfecta est ipsum S. B. quod in ope-
ratione consistit imperfecta est
qua tendimus ad S. B. acquirendum
Q: an S. B. sit ipse finis an propter finem
est ipse finis sc. quod se habet ad modum
causae efficientis. Omnis actio est
est propter finem S. B. est propter finem
S. bonum est actio est non est propter finem
et per consequens non est ipse finis resp:
illa est propter finem atque minorem quasi
limita tamen minor negatur. sed per
modum formae ac

R. 2 Maj: [illegible] verum [illegible]
[illegible] actio [illegible] ultimus finis [illegible] nisi [illegible] ultimus finis
[illegible] praeter intentionem FFF

Virtus dicitur effectissima [illegible] ratione [illegible]
et in ordine ad reliquas virtutes quod sapientia
est affectior virtutis morali et [illegible] morali [illegible]
[illegible] effectissima est ratione [illegible]
[illegible] ratione [illegible] et [illegible] Stat.
in phil: Nicor: p: 43
FFF [illegible] aliqua intentione [illegible] vel [illegible]
[illegible] Stat. p: 46 pro [illegible]
[illegible] finem [illegible] in or-
dine bonorum [illegible] non [illegible] in ordine bonorum
honestorum

Ubi ulteriùs obſervandum, 1. Operationem & Actionem h.l. intelligi perfectam, non imperfectam. 2. per modum (non cauſæ efficientis & fundamentalis S. Boni, ſed) formæ ac poſtremæ perfectionis, ita ut S B. eſſentialiter & formaliter conſiſtat in actione perfectâ. Hinc eleganter *Piccolomineus gr. 9.* Colligamus S. Bonum ut in fundamento collocatum eſſe in virtute: ut in formâ ac poſtremâ perfectione, in actione honeſtâ. Dicitur II. *ſecundum virtutem* (non numericè ſeu ſpecificè, ſed indefinitè & genericè ſumtam, omnibus ſpeciebus ſub ſe contentis inclusis), & qvidem *perfectiſſimam & optimam*; à qvâ aliqvis denominatur, qvæ in ipſo maximè ſplendet, ſecundum *Ariſtot. lib. 1. Nic. c. 5.* Si plures ſint virtutes, ex optimâ & perfectiſſimâ denominatur. Dicitur III. *in vitâ perfectâ*: ubi intelligitur *perfectio 1. ætatis*. Ob abſentiam enim maturitatis in ætate pueri S. Boni non ſunt capaces & *ab Ariſt.* idonei auditores Ethicæ negantur. 2. Tempore

Ubi tamen intelligatur *perpetuatio non numerica* (qvia Beatus tum variarum virtutum actiones edit, non necessariò unius saltem; tum relaxationis gratiâ cessationem qvandoqve instituit); *sed specifica*, ita ut homo à virtutum tramite in semitam vitiorum non exorbitet, sed perpetuo tenore virtutem colat.

15. Summi Boni *Notæ, Conditiones & Affectiones* sunt hæ: 1. debet esse hominis proprium. 2. difficulter mobile. 3. sibi sufficiens. 4. faciens hominem τετράγωνον & stabilem. 5. absolutè perfectum, qvod per se nunqvam ob aliud expetendum est. 6. non violentum. Qvæ omnia reperiuntur in *Aristot. hinc inde per totum librum 1. Ethic.*

19. Summi Boni *immediati Effectus* sunt, Bona Conscientia & Voluptas honesta.

17. De Conscientiâ *ut fic* agitur in Pneumaticis, in capite de intellectu, cujus notitia qvædam est Conscientia: h. l. de eâ

Quodcunque traditur in Pneumatica hoc
tradi debet in Etica Ad conscientiam
E. R: In genere hic inspecte
Indubitatum Iudicium Ungezweifelt
Vorleiht

De recte Cogitatis Wondern daß man
Wol sonst gedacht Ius Divinum
daß gnist Eige recht Ius humanum daß
mensch Eige recht

Q. an conscientia sit in intellectu
an vero in voluntate dicat in

Propositionem hoc est principiorum practicorum

E. Principia operationis et principia
practica parentes sunt honorandi
Summa principiorum practicorum est quod
tibi non vis fieri alteri ne feceris

de eâ *specificè* agimus & *respectivè*, qvatenus sc. consequens est nostri Finis.

18. Et tum rectè ita definitur: *Conscientia bona* est indubitatum judicium & recordatio de rectè cogitatis, dictis & factis, cum jure divino & humano certò & indubitatò consentientibus. *Vazquetz in 1. 2. tom. 1. disp. 59. art. 1.*

19. Dicitur 1. qvòd sit *judicium*: sc. ut referatur ad Intellectum. Scire enim, conscire, nosse, judicare, actus illi præcipui conscientiæ, non nisi intellectus esse dicuntur. Et qvidem *Conscientia* actus est scientificus de cogitatis, dictis & factis, per discursum sc. à principio progrediendo ad principiatum seu conclusionem instituens. v. g. Honestè est vivendum: Tu semper honestè vixisti; Ergo Bene egisti. *Propositionem* dictitat συντήρησις (habitus ille actualis, qvo assentimur principiis operationum) qvæ non nisi ratione differt à lege naturæ & regulâ virtutis. *Minorem* notitia & recordatio præteri-

teritorum revelat & per appropriationem dicitur Συνείδησις. Et sic seqvitur *Conclusio*, qvâ positâ excusatio & animi tranqvillitas oritur. *Conscientia* respectu propositionis dicitur *lumen & lex*: respectu assumtionis, *testis*: respectu conclusionis maximè propriè *judex*.

20. Dicitur II. *indubitatum judicium*: ut opponatur 1. *malæ* conscientiæ, qvæ semper cum hæsitatione & fluctuatione conjuncta est. 2. *Probabili & opinativæ*, qvæ certitudinem non habet. 3. *Scrupulosæ*, cùm statuitur qvid licitum esse; sed ita tamen ut subsit scrupulus, qvi vel rationabilis vel irrationabilis.

21. Dicitur III. qvòd sit *recordatio*; propter peculiarem respectum, qvem conscientia habet ad præterita.

22. Dicitur IV. *Rectè cogitatorum, factorum, & dictorum cum jure divino & humano consentientium*, ut opponatur Conscientiæ *erroneæ* seu *erranti*, cujus judicium à jure divino & humano dissentit.

23. Bo-



23. Bonæ conſcientiæ *Effectus* ſunt: 1. ut excuſet. Actuali enim excuſatione bonæ conſcientiæ pro bene actis opus eſt, qvando injuſtè accuſatur, vel injuriâ afficitur. 2. ut recti judicii virtute efficaciter excitet ad benefaciendum, & retrahat ab eo, qvod eſt malum, Hebr. 13. 18. 3. ut abſolvat; non qvidem ab obligatione; ſed à culpâ & pœnâ. 4. ut ſoletur ac erigat. 5. ut tranqvillet, à fluctuatione ſc., tædio, metu mentem avocando & ſalvam cupiendo.

24. Alterum S. Boni immediatum *conſequens & effectum* eſt *Voluptas honeſta*, ab *Ariſt. lib. 10. Eth. c. 4.* ἐπιγεγνώμενον τέλος, ſuperoriens finis, eò qvòd operationem honeſtam terminet.

25. Eſt autem *honeſta voluptas*, ſubita & non impedita complacentia ex operatione honeſtâ percepta.

26. Dicitur 1. *Complacentia ſubita*: ſc. ratione reſultantiæ: ſiqvidem ſtatim qvando operatio honeſta perficitur, ea ſubo-

ſuboritur. Dicitur II. *non impedita*: qvando enim v. g. ex aſpectu pulcræ picturæ ſanus aliqvis capit voluptatem, ægrotus nullam, fit inde, qvòd in ſano ſit operatio libera; in ægro impedita. Dicitur III. *ex operatione percepta*: differt enim ab operatione; cùm ejus ſit affectio. Dicitur IV. percepta ex operatione honeſtâ: ut opponatur voluptati inhoneſtæ, turpi, ex malâ operatione ortum ducenti & ex eâ ſub boni ſpecie emergenti.

27. Summi Boni *Concomitanti* ſunt: Amici, Sanitas, Divitiæ, Dignitas & Libertas.

28. *Amici* dicuntur, qvi mutuâ benevolentiâ amicitiam inter ſe fovent. *Amicitia* verò eſt nil aliud, qvàm mutua & manifeſta benevolentia inter aliqvos, ob bonum aliqvod, qvod ineſſe putamus, *ex lib. 8. Eth. c. 2.*

29. *Benevolentia* h. l. intelligitur *generalis*, qvâ ſimpliciter bona alicui volumus, & ita terminatur tantùm in volitione;

Concomitantia Daß so darnach beist

quia ter se fovent amicitiam Dieweilen
sich freundschaft haben. Mutua benevo
[illegible] so erhaltenen den
andern [illegible]

Vox amicitiae sumitur 3 [illegible] latitudine ut et
[illegible] carentibus tribuitur. sicut diximus
[illegible] amicus [illegible] latet [illegible]
[illegible] inter quas [illegible] aliquas [illegible]
[illegible] societate [illegible] aliquas et aliqua amicitia
[illegible] amicitiae quantum [illegible] Hoc modo
amicitia vel [illegible] vel [illegible] communicatio
[illegible] viri et uxoris fratris et sororis [illegible]
magistratus et subditus. [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] p. 23a

Q. An amicitia inter pocula contracta sit rata
R. Si in actu hilaritatis et ebrietatis sit
contracta est minus sana, quamvis iudicio
ac inter seria locus retinuerit, animo in sola
ratione libere et sancte se necessitate utrique
phil: mor: 1: 39
Q. Quare amicitia est collocatio virtutis
R. Virtus est in nostra potestate Amicitia
non est in nostra potestate
pro: ph:

Amicitia est 3. honesta iucunda utilis

E.g: quando ego aliquem diligo propter se
ipsum non propter magnas

Iucunda amicitia est in qua, nec propter
se nec propter amicitiam sed qua singula
lis est se propter oblectationem diligi
mus

ne; non verò *specialú*, qvæ ipsum velle in effectum externum producit. Hæc dicitur practica; illa theoretica.

30. Porrò Benevolentia hæc 1. debet esse *mutua*: unde fit, ut inter res inanimatas, ut & inter bruta amicitia vera esse non possit; qvia deest reciproca benevolentia. 2. *manifesta*: ne sc: prorsus lateat, qvin mutui officii signa aliqva edat.

31. *Objectum* Amicitiæ est τὸ φιλητὸν, seu amabile, qvod triplex; *Honestum, Jucundum, Utile, l. 8. Eth. c. 2.*

32. Hinc Amicitia dicitur partim τελεία, *perfecta*, qvæ honesta dicitur; partim *imperfecta*, qvæ utilis & jucunda. Qvi enim se amant mutuò, bene sibi cupiunt invicem, qvà amant. In *perfectâ* qvidem per se, seu propter ipsum amicum seu virtutem ipsam; in *utili* non propter se, nec propter amicum, & qvatenus talis, sed propter mutuam utilitatem. Eundem ad modum & in *jucundâ* Nec enim facetos per se & propter se ipsos amant, sed propter oblectationem. 33.

33. De Perfectâ ex Aristot. lib. 8. Eth. c. 1. notamus. 1. qvòd sit bonorum virorum & virtute similium. 2. qvòd sit rara; tum qvia magna virorum bonorum paucitas & annona carissima; tum qvod ad contrahendam hanc amicitiam opus longo tempore & diuturnâ consvetudine, qvæ faciunt, ut minus freqvens esse possit.

34. Dividitur qvoqve Amicitia ratione *Subjectorum* in *Æqualem* (qvâ plures dignitate, moribus & ætate æqvales, ob boni alicujus amorem se mutuo amore prosequntur) & *Inæqualem*, qvâ plures bonis externis, dignitate, Virtute aut ætate inter se differentes, amore conjunguntur.

35. *Sanitas* est dispositio corporis debita qvalitatumq; conformitas justa, qvæ in actionibus hominem decentibus subeundis sufficere potest. Ubi tamen nota, qvòd illa dispositio debita non ordinetur *simpliciter & efficienter* ad virtutis operationem; sed tanqvam *conditio sine qua*

non,



non, non ad ejus esse, sed melius esse.

36. Hanc Dispositionem si excipit apta membrorum conformitas & coloris suavitas, *Pulchritudo* oritur, per quam vir evadit hominibus gratus, adqve morum exercitia accommodatus: non autem eo sensu, ac si absqve eâ exerceri virtus neqveat; sed ut gratia virtuti intensius concilietur.

37. *Divitiæ* huc spectant, qvatenus virtutum exercitiis accommodari & possunt & debent. Felici enim eatenus necessariæ sunt, qvatenus sine eis secundum virtutem externè operari non potest: ut luculenter patet in liberalitatis exercitio.

38. *Dignitas* est eminentia, seu splendor, qvi contingit Personæ virtutibus præditæ.

39. Est vel *Major* vel *Minor*.

40. *Major* consistit tùm in *Honore*, tùm in *Gloriâ*: *Minor* verò in *Laude & Bonâ Famâ*.

41. *Honor* est Dignitas magno cum affectu per certa & evidentia signa exhibetur

betur illi, qvi excellentis virtutis gradu & meritis in Rep. fulget.

42. Dicitur I. *magno cum affectu.* Hic enim fundamentum est honorantis, ut virtutis exercitium honorati. Dicitur II. *per signa evidentia*, qvalia sunt vox, scriptura, gestus, detractio pilei, exoscu-latio manuum. Dicitur III. *exhibitus virtuoso;* ut sc. innuatur, honorati magis esse honorem, qvàm honorantis: si nimirum consideretur non *activè & effectivè*, sed *passivè & subjectivè*.

43. *Gloria* est dignitas, posita in consentiente approbatione, communiqve voce ac opinione insignis probitatis & meritorum alicujus.

44. Dicitur I. *posita in consentiente approbatione:* ubi intelligitur consensus bonorum; qvippe penes qvos solos est de virtute excellentiore, gloriâ dignâ judicare. Dicitur II. *posita in communi voce* ac opinione: sc. ex parte eorum, inter qvos est opinio: Nam dum eorum omnibus est eadem de virtutum operationibus

Quoniam quod [illegible]

[illegible]

[illegible]

[

nibus eminentioribus alicujus opinio, illis communis dicitur. Dicitur III. *posita in signis probitatis & meritorum*; ubi merita intelliguntur viri privati, indeterminatè & generatim præscindendo à meritis vel in cives &c., qvippe qvæ ut specialiora Politico adæqvantur.

45. *Laus* est dignitas ob habitum virtutis etiam minus excellentem à paucioribus tributa.

46. Differt *Laus* ab *honore* & *gloriâ*, non qvidem toto genere, sed gradu fundamenti; cùm laus reqvirat virtutem, saltem minus excellentem.

47. *Bona Fama* est dignitas minor, consistens in honestâ bonorum de nobis opinione.

48. Ubi notandum, *bonitatem* h. l. reqviri ex parte tum conferentis, tum illius, qvi famæ particeps fit. Fundatur enim in recipientis vitâ bonâ seu à vitiis immaculata, nec non à bonis proficiscitur.

49. Tandem *Libertas* est facultas,

qvâ facilè actiones virtutis omni loco & tempore, nec non in omne objectum sine impedimento exercemus.

50. Dicitur 1. est *Facultas, quâ facilè actiones virtutis edimus*: non qvidem *habitualiter*: hoc enim debetur virtutibus moralibus, à qvibus tanqvam ab habitibus suis, operationes proficiscuntur: sed *modaliter*, qvemadmodum & ipsa præter modum vix qvicqvam est. Dicitur 11. in omne objectum: ~~intelligo moralc~~.

51. Opponitur *Servituti*, qvæ nihil aliud est qvàm affectio subjecti animi, suo arbitrio carentis: de qvâ pluribus in Oeconomicis.

52. Tantum de *Fine Summo Bono*, ejusq; *Accidentibus & Concomitantibus*: Sequitur *Medium* Fini subordinatum, qvod est *Virtus*.

53. Sumitur autem Vocabulum illud *dupliciter*: vel 1. *Potentialiter*, pro naturali inclinatione & dispositione qvàdam ad virtutem qvæ proclivitas ad virtutem dicitur, semen virtutis & ex lumine naturæ &



ræ & libero arbitrio, qvantulumcunq; in homine post lapsum in civilibus manet, resultat. Qvæ notitiæ de rebus civilibus dicuntur congenitæ, non ratione actualis connatcentiæ; sed ratione connatæ δυνάμεως κριτικῆς. II. Habitualiter; & tunc ita rectè definitur ab *Arist. 1. Eth. c. 23.* *Virtus* est habitus animi laudabilis, conveniens ad certam rationem.

54. Pro *Subjecti*, cui inhæret Virtus, *duplicitate* dividitur *1. Eth. 13. & 2. Eth. 1. & 6. Eth. 1.* in Διανοητικὴν & ἠθικὴν, *Intellectualem & Moralem.*

55. Circa qvam Divisionem notandum Virtutem Διανοητικὴν seu *Intellectualem* directâ tractatione tanqvam geminum medium, qvo ad finem Ethicum directè imus ad Ethicam non pertinere. Probo: Si habitus intellectuales direct. pertinent ad Ethicam, id fiet sub earum consideratione aut *Absolutâ* qvatenus sunt habitus, considerati in suâ naturâ & qvidditate; aut *Respectivâ*, qvatenus in

hærent *Intellectui* tanqvam *Subjecto*, qvod perficiunt. Non *priori modo*: qvia Metaphysica sic eos considerat in *Qvalitate*. Neq; *posteriori modo*: 1. qvia Ethica non agit de Intellectu, ut de Subjecto horum habituum; sed qvicqvid agit de rectâ ratione, id tractat de ipsâ, ut normâ dirigente. 2. qvia hoc modo ad Pnevmaticam potius pertinent: qvippe in qvâ considerantur perfectiones intellectus, ad qvas & habitus illi referuntur.

Obliqva autem eorum tractatio in Ethicâ concedenda: estq; duplex: sc. ob virtutis moralis declarationem per intellectuales, 1. ratione oppositionis: 2. ratione directionis & descriptionis. Cùm enim natura Virtutum Moralium consistat in Mediocritate, definitâ rectâ ratione, qvam ostendit vir prudens: Prudentia autem virtus intellectualis; hujus certè cognitio propter moralem illam directionem erit necessaria. Vide arg. plura apud *Piccolom. gra. 5. cap. 4.*

56. Virtute itaqve *Intellectuali* à directâ

respective
quatenus sunt in intellectu

— ut intellectuales

nam non plane scire possum quid sit
morale nisi intelligo quid sit intellectu-
ale.
so der beschreiben wirt das sie bestehen
in meiner gutes warnung.

Stat: phil: Mor: 173

Causa virtutis est vel Universalis vel Particularis illa est Deus Haec est vel immediata vel mediata Mediata est tria vel causa immediata sunt actiones morales Obiic: virtus nobis est in nostra et non est causa virtutis Accidens est phil: 1. 2 Eth: ca. R. Ratio est consequentia aliud non est virtutes ea esse nobis et non aliud non est causa virtutis prior non ipsa est de causa mediata et sensus est an virtus sequatur non hominis sunt sepultates sensitivae ut visus audit

Quaenam sint causae virtutis moralis Wollen. Dan an fanis kmorgen ubefilis create bon der Verkan da unfertig Cuefor mata gewäß bona indoles gulgamis

Resp. quatuor hic enim agit de efficiente

Hic non agit de actione virtute sequente sed praecedente. si quis ad hunc virtuosa reddi debet. consequentes non est sint posteriores virtute causa cum esse requirat agitque ante cedentes virtute Ethicus quia illa est causa proxima virtutis et sunt hominis moral Stat. 97

Actio humana dividitur in Exposita vel ob invita

rectâ tractatione remotâ & propter indirectum respectum ad calcem hujus tractatus rejectâ, *Moralem* considerabimus: qvod ut eò commodiùs fiat, in *causſas* ejus inqviremus: cùm scire tum rem qvamlibet putemur, si causſas ejus cognitas habeamus. 1. *Post.* 2. & 1. *Phys.* 1.

57. Initium faciemus ab *Efficiente*, qvæ duplex: Principalis, *Actio humana*, Mediocritati conformata & *Ministerialis* seu *Adjuvans*, & *Quia* scilicet, bona indoles, & μάθησις assvefactio & exercitatio.

58. Per *Actionem humanam* h. l. non intelligimus actionem virtutis habitum *seqventem* sed *præcedentem*, qvæ inter se non qvidem specie; attamen gradu differunt & perfectione.

59. *Actionu* hujus accuratè considerandæ tum *Divisio*, tum *Principia*, cùm nulla doctrina sit in totâ Ethicâ, qvæ ad omnem vitam civilem cognitu magis necessaria esse videatur.

60. Dividitur autem in *Spontaneam* & *Invitam*,

61. *Invita* qvidem directè huc non pertinet; sed reductivè tantùm, prout, sc. de *voluntariæ* natura participat, vel prout specie oppositorum ad hanc doctrinam referri valet.

62. *Actio invita* aut est *Violenta*, aut *per Ignorantiam*.

63. *Actio invita violenta* est, cujus principium ἔξωθεν aliunde provenit, & extra subjectum est, ita, ut nil actum istum adjuvet subjectum istud, v. g. si qvem procellæ ventorum ad scopulos appellant.

64. Et illa actio Aristoteli ἁπλῶς *violenta* dicitur: præter qvam adhuc aliam adsignat, qvam κατὰ τι vocat, cujus dicit, principium qvidem esse externum, sed tamen eum, qvi cogitur, aliqvid conferre, vel metu mali compulsum, vel spe boni majoris persvasum, v. g. si coacta in mari tempestate navis exoneranda sit, & jactura mercis facienda. Aliàs dicitur *Mixta*, cùm partim *involuntaria*, partim volun-

voluntaria. Involuntaria ratione *cogentis*, qvod est intra vel extra nos: voluntaria ratione, *consentientis & eligentis alterutrum*; magis tamen voluntaria, qvia facultas & principium agendi in nobis est, nimirum deliberatio, electio, licèt qvædam accedat violentia. Vide *Aristot. lib. 3. Eth. c. 1. t. 7. 8. 11.*

65. *Actio invita per ignorantiam* est, qvæ ab agente, circumstantiarum qvarundam singularium ignaro, culpæ & fraudis vacuo proficiscitur, & subsequentem habet pœnitentiam ob admissum peccatum *3. Eth. 1. t. 14.*

66. Ubi cumprimis notandum, qvòd illa ipsa ignorantia debeat simpliciter esse causa malæ actionis. Multi enim ignorantes agunt, qvi licèt in producendâ actione sunt ignari: tamen ignorantia illa non est præcipua causa malæ actionis; sed aliud aliqvid, qvod ignorantiam illam induxit. Hinc *Lothio* cum duabus filiabus rem habuisse dicitur ignorans, non per ignorantiam. Hujus

enim causſa erat ebrietas, qvæ deceptioni isti filiarum ansam dedit. Si enim sobrius fuisset Lothus, non tam facilè sibi imponi passus esset. *Per ignorantiam* autem agunt, qvibus sola ignorantia est causſa malæ actionis. Hæc enim scientiam tollit, prohibituram actum istum.

67. Observanda qvoqve venit h. l. distinctio inter *Ignorantiam Juris & Facti. Ignorantia Juris seu Universalis* (qvæ aliàs ignorantia *crassa, affectata & supina* dici solet) est, si qvis nesciat simpliciter, qvid seqvendum sit, & qvid expediat: v. g. an res mala sit scortatio, aut adulterium, aut furari liceat; vel alias ignoret universalia ista, an in actionibus nostris ratio sit habenda temporis, loci, personarum. *Ignorantia Facti seu Particularis* est, cùm qvædam singulares circumstantiæ, in qvibus totius actionis vis est posita, qvas ante actionem agens prævidere non potuit, ignorantur. *Circumstantiæ* autem octo ab Aristot. 3 Eth. 1. numerantur, qvarum qvædam sunt Principales,



agente sc: rationem duplicem et directionem
vid. trad: philos. Eth. p: 30 ibi notas

Consultatio Berardi fragmentum voli
tio Dass Wollen

finis vel victoria non est in potestate
humana medio quidem deliberare

les, ut Finis, Obiectum, Agens & Actum: qvædam minùs principales, ut Locus, Tempus, Instrumenta & Modus: qvæ omnes nemo, nisi fortè insanus, (ait *Aristoteles*) ignorare potest.

68. *Spontanea actio* est, cujus principium est in ipso agente, singulas actionis circumstantias sciente. Principium autem tum dicitur esse in agente, cùm omnis externa vis abest, & voluntati rationi bonum monstranti per se acqviescit.

69. *Spontaneæ actionis Principia* sunt duplicia: 1. Actus intellectûs, *Consultatio*. 2. Actus voluntatis; qvi vicissim *duplex*: 1. simplex, & dicitur in specie *volitio*. 2. determinatus, & dicitur *Electio*.

70. *Consultatio* est ratiocinatio de mediis, per qvæ ad finem in agendo pervenitur.

71. Sub deliberationem itaqve cadunt media, qvibus ad finem intentum tendimus; non autem finis, qvà talis: qvippe qvi in deliberationem non venit.

B 5 72. Me-

72. Media autem illa ita comparata esse debent, ut in iis vel consequendis vel declinandis humana ratio aliquid præstare posse videatur: siquidem ea, in quibus vel consequendis vel mutandis humana ratio nihil præstare potest, ut sunt præterita, naturalia, fortuita & necessaria, pro mediis assumi, adeoq; sub deliberationem cadere nequeunt.

73. Et ut hæc *media* rectè conquirantur, in consultando tenenda sunt *quædam ante consultationem, quædam in consultatione, quædam post consultationem.*

74. *Ante consultationem* attendendum, tum ut Consultores sint Viri Prudentes, boni & amici; tum ut certus finis præmittatur consultationi, consilia de mediis regens. *In ipsâ consultatione* cogitandum de mediorum numero, qualitate & delectu. *Post consultationem* res ipsa primâ datâ occasione est suscipienda.

75. *Volitio* est appetitio boni vel veri vel apparentis cum ratione.

76 Ubi

76. Ubi notandum, qvòd qvemadmodum bonum duplex est, ita & norma, seu ratio, qvæ qvandoqve firma & solida, qvandoqve apparens.

77. Hujus *Volitionù* affectio est *Libertas* humani arbitrii, qvæ est potentia animi, qvâ neq; naturæ instinctu, neq; vi sed arbitratu nostro tendimus ad finem, liberèq; aliqvid velle vel respuere valemus.

78. *Libertas* aliàs variè sumitur: Nos hoc loco eam sumimus pro libertate à necessitate determinationis seu specificationis liberæ actuum singularium ad utramq; partem contradictionis, sive qva homo posito objecto & omnibus reqvisitis indifferenter se habet ad utrumqve oppositorum videlicet agere vel non agere.

79. Pertinet ad *Intellectum* tanqvam fontem, principium, fundamentum, & partem dirigentem: Ad *voluntatem* verò tanqvam ad usum & partem exseqventem. *Forma* itaq; libertatis reperitur in

voluntate tanqvam in propria sede.

80. *Electio* est appetitio præmeditata eorum, qvæ à nobis fieri possunt.

81. Hæc qvamvis magnam cognationem habeat cum actu volendi simplici seu volitione; differunt tamen ita, ut *electio* præcipuè sit occupata in mediis, & qvidem talibus, qvæ fieri possunt, qvæ ad nos pertinent: *Volitio* autem finem præcipuè respiciat, & occupata sit etiam circa ea, qvæ fieri non possunt, imo qvæ ad nos non pertinent, sed aliena sunt.

82. Tantum de *causa efficiente* Virtutis principali, seqvuntur *adjuvantes causæ*. Et qvidem 1. Εὐφυΐα s. bona corporis temperatura; qvæ qvidem non universaliter & adæqvatè ad mores facit, sed tamen particulariter, dum scilicet honestarum rerum scintillas animis inserunt, admonitione adhibitâ flatu levi in flammam sui excitâri experientia probat. Ad qvam Εὐφυΐαν vis cœlestis concurrit, conseqventerq; ad velle nonnihil facit.

Qvi



Qvi qvidem concursus non fit directè, neq; ad voluntarem interius pertingit, nec ipsam disponit ac instigat; sed concurrit indirectè & exteriùs, inclinando juxta occultum in temperatura influxum.

83. 2. *Assvefactio & Educatio*, qvæ oritur tum à disciplina bona domestica, tum à fideli institutione.

84. *Causa Finalis* Virtutis est τὸ εὐδαιμονίας consecutio, qvæ ipsi adscribitur, non tanqvam principaliter operanti; sed tanqvam Medio seu Instrumento.

85. Porrò qvod causas internas Virtutis attinet, illas hæc tanqvam habitus non agnoscit; unde loco materiæ in ejus *subjectum* & *objectum*, loco formæ in *formalem rationem* inqviremus.

86. *Virtutis formalis ratio* ex sententia Aristotelis est μέσον s. μεσότης πρὸς ἡμᾶς, id est, qvoad nos s. personæ *lib. 2. ad Nicom. c. 5.*

87. Nam *Medium rei* (æqvè distans

ab

ab utroqve extremo; qvemadmodum novenarius numerus à sex & duodecim) per se huc non pertinet tanqvam propria ratio virtutis; siqvidem non competit soli nec omni Virtuti. Dico autem *non per se ad virtutem requiri*; qvia qvando illa (μεσότης) in qvibusdam reperitur virtutibus, id tantum per accidens & contingenter fit; videlicet qvatenus consentit cum mediocritate rationis, ceu fit in justitia commutativa, in qva Arithmetica proportio observatur. *Medium* autem *personæ* hic proprie attenditur, qvod probo ex modo oppositionis, qvi in virtute non est semper secundum æqvalem distantiam à suis extremis, cùm uni extremorum sæpe vicinior; alteri verò remotior secundum proportionem Geometricam. v. g. Liberalitas non æqvali intervallo distat à prodigalitate & avaritia

88. Est autem *Medium personæ* s. *Geometricum*, in qvo servatur eadem ratio majoris termini ad medium, & medii ad

4. 6. 9 proportio inter hoc
e andert halb sesqui alter an
dar halb
ab ist 60 mal als andert halb mahl
von 6.

Ego Hec moveat quae per virtutem moralem
ponimus in duabus facultatibus in appetitu sc: sensitivo
et in voluntate sunt n duo habitus alter sc: in
voluntate alter in sensitivo appetitu. Quae sunt
in genere naturae integras tu ex illis unus habitus, in ge
nere mores. quemadmodum ipsa appetitus sensitivus
et rationis et si duo sunt in genere naturae tamen unus et
idem actus meritorius censetur si sunt recta ratione confor
mes et unus idemque numero peccatus, si a recta ratione
discedant

Subiectum virtutis Dass. Dar in
Dubiegant ist primario sunt ein lich
appetitus sensitivus sein lich [illegible]

extremum. Sic sex Medium est inter qvatuor & novem; sicut enim senarius numerus est qvaternarii sesqvialtera proportio: Sic novenarius est senarii sesqvialtera, id est, sicut senarius continet qvaternarium in se semel integrè, & adhuc ejusdem qvaternarii dimidium; sic Novenarius continet senarium semel, ejusdemq; senarii dimidium, ternarium scilicet: Et hoc est illud medium, qvod, qvemadmodum antea dicebamus, à virtute servatur.

89. Respicit hæc Mediocritas *rectam rationem ut formam dirigentem & prascribentem* qvid qvovis loco sit conveniens & mediocre: propterea rectam rationem in sua adæqvata consideratione non excludit, sed potius includit, ita ut & nomen ab ea sortiatur, dum dicitur Mediocritas rationis, qvia consistit in moderatione rectæ rationis.

90. *Subjectum Virtutis primarium* est *Voluntas; secundarium appetitus sensitivus.* Cùm enim Virtus omnis moralis nil sit aliud,

aliud, qvàm proximum principium recte agendi; agat autem proprie & principaliter id, qvod primo movet. Secundariò verò qvod movet motum ab alio) dicimus virtutes morales omnes ejus præcipuè appetitus perfectiones, qvi actionem bonam producit, eò qvòd illam imperat, & secundariò tamen ejus, qvi istam producit, qvanqvam imperanti promtè obtemperat. Et licèt *Aristoteles* multis in locis appetitui sensitivo tribuere videatur virtutes morales, dubium tamen non est, qvin simul & in voluntate eas positas esse velit, ut ex ipsa definitione virtutis constat, ubi dicitur, qvod sit habitus

91. *Objectum* Virtutis constituunt *Actiones & affectus humani lib. 2. ad Nicom. cap. 2. & lib. 3. cap. 1.* qvos circa extrinseca objecta, ut sunt Honores, occupatos moderari debet; Ita tamen ut conseqventer circa ipsas voluptates & dolores versetur: si enim Virtutes

Q. quid sint affectus

Quotuplures sint

Ex obiecto vero enim obiecto bono
daß gütt ingratus von lieblich

Q. quinam sint boni quinam mali

3.

Promanare kan kommen
quae secundum naturam die der Na
tur pure
impellens antreibendt ad id doctrinam
dum daß selbe zu meiden

tutes (sunt verba *Aristotelis lib. 2. Nicom. c. 2.*) circa actiones & affectus sunt, & omnem affectum, omnemq; actionem sequitur vel voluptas, vel dolor, idcirco & virtus circa voluptates & dolores versatur.

92. Sunt autem *affectus* juxta *Aristotelem 2. Rhetoricorum c. 1.* Motus appetitus sensitivi cum voluptate & dolore.

93. *Affectus* sunt vel *boni* vel *mali*.

Boni ex objecto bono, jucundo apprehenso.

Mali ex malo & ingrato objecto oriuntur.

Boni affectus sunt, *Laetitia* & *Spes*.

Mali partim *simplices*, ut *Tristitia* & *Metus*; partim *Compositi*, ut *Ira*, *Odium*, Πικαρεκακία. Secundum malum malo

94. Affectuum horum *perpetui comites* sunt *Voluptas & Dolor*.

95. *Voluptas* est operatio non impedita promanans ab habitu, qui est secundum naturam. *Dolor* est operatio ad id, quod est contra naturam declinandum impellens.

96. Et hæc breviter de Cauſis.

Oppoſita Virtutis ſunt *Vitia* tum exceſſum tum defectum involventia.

97. Et illa *oppoſitio eſt privativa* (cùm unum dicat negationem alterius in ſubjecto habili) & qvidem vel *medii & extremorum*: vel *extremorum inter ſe invicem*: vel *extremorum ſimul ſumptorum contra Medium.*

98. Ubi cumprimis nota, qvod *Extrema* fortius pugnent invicem, qvam cum medio; & qvidem per *repugnantiam* non *abſolutam* ſeu reſpectu bonitatis & malitiæ (ſic enim utrumq; malum, Virtus autem bona) ac ab ipſis in hoc puncto magis discrepat: ſed per *comparatam*, ſeu reſpectu ſimilitudinis & diſſimilitudinis exceſſus & defectus. Sic enim cum à ſe magis diſtent, magis colluctantur invicem, qvam cum medio.

99. Qvibus omnibus abſolutis facile patet, qvomodo *Virtus* ſit *definienda*. Retinere autem poſſumus definitionem *Ariſtotelicam*, qvæ ita: *Virtus Moralis* eſt habi-



habitus electivus in mediocritate, ad nos consistens: qvæ qvidem Mediocritas ratione præfinita est, atqve ita, ut prudens præfiniret.

100. Porro *Virtus Moralis dividitur in perfectam & imperfectam*; qvæ tamen potius est *dispositio*, qvam habitus, unde & *semivirtus* dicitur.

101. *Perfecta Virtus* cernitur in gubernatione affectuum vel *corporis* (hinc est *Fortitudo & Temperantia*) vel *animi*, tum circa *res externas* (hinc est *Liberalitas, Magnificentia, Modestia, Magnanimitas*) tum in *conversatione*, appareatqve partim in *actione* (hinc est *Justitia & Mansvetudo*) partim in ipsa *familiaritate*, ut est *affabilitas, Urbanitas, Veracitas*.

102. *Fortitudo* est Virtus mediocritatem servans circa merum & fiduciam.

Objectum hujus Virtutis constituunt *Pericula*, qvæ sunt vel *audenda* vel *formidabilia*, adeo ut duo illi affectus contrarii *Metus* & *Confidentia* constituant *medium* qvasi *objectum*.

103. *Formidabilia* sunt duplicia, alia ὑπὲρ ἄνθρωπον supra hominem, qvæ nimirum majora sunt, qvàm ut possint aut debeant ab homine sanâ mente prædito contemni, ut sunt ea portenta & extraordinaria prodigia, qvæ Dei iram manifestè denunciant. Alia sunt κατ' ἄνθρωπον secundum hominem, qvæ qvamvis ab homine sustineri possint non tamen omnia respicit fortitudo. Metuuntur etiam à bonis omnibus *infamiæ*: Impudens est, qvi eas flocci pendit. vid. *Arist. lib. 3. cap. 6.* Sunt etiam hujus generis, qvæ metuere & non metuere liberum est, nisi nostra culpa accersantur, ut *Paupertas, Exilium* — sed qvam animosè etiam hæc qvis perferat, non tamen priè sed κατ' ἀναλογίαν fortis dici meretur.

104. *Extrema fortitudinis* sunt *Timiditas* (Metus, Ignavia) & *Audacia*.

105. *Timiditas* est vitium, qvo qvis metuendo modum excedit, & deficit in confidendo. *Audá-*

Formidabilis Erschrecklich
Homo

Homo sana mente praeditus bleiber
mensch Portentum wunderwerck
Extraordinaria prodigia ungewöhn
lichen wunderwerck

Tamen non respicit fortitudo den
noch hatt der die dapfer keit kein
abscheu infamia schande flocci stuckh
jede

Hoc tibi cum propria culpa accessi
visti dass ist deine eigene schuld
Ortem mors sed non solebit sed honeste
imprimis morbellum Prad Theol
Eth: p. 65

Modum excedit in dem mondine kein
weil lust vel deficit oder in dem zuweil
ist

Consilium Dominicale pro Dorothea
Ellerssen.

Gestern morgen Clemens Syndicus zu
Dem Berge mich lies rufen

Hier

praesa[n]s presentata gemelts gethane
Apparens Ema [illegible]
Hoc habet Spero sum nunca Durch fall
nun spon nun

Tradicaria Ema ubigan gulla
Pikta Dathabeil

Cui hoc tribuendo ut si turca vendet et
civitate benefaret huic cerbadum
et hoc duis tum pramia inquisitis
pugnat [illegible]
[illegible]
[illegible]
[

Audacia verò est vitium, qvo plus qvàm par est qvis confidit. *Arist. 2. Ethic. cap. 7.*

106. *Fortitudo* est vel *Bellica* vel *Domestica*. *Hæc* est, qvæ in adversis, prosperisq; rebus animum præstat immotum: *Illa* verò qvâ mortem bellicam honestè oppetere vir fortis non dubitat.

107. Ubi observetur *Fortitudinem bellicam esse optimam*. Ratio est, qvia virtus circa χαλεπώτατα cùmprimis versatur: jam verò maximè terribilia difficilimè sustinere valemus. Sunt autem ea *Mors* & *præsentia mortis pericula*.

108. Præter hanc veram fortitudinem datur adhuc *Apparens*, qva impellimur ad pericula subeunda apparente aliqvo & speciosò nomine.

109. *Fortitudo Apparens* vel est *Civilis* vel *Militaris*, vel *Iracunda*, vel *Fiduciaria*, vel *Inscia*.

110. *Civilis* est, qvam Leges à singulis civibus in propugnanda patria propositis præmiis & pœnis exigunt.

Mili-

Militaris (Experimentalis) est, qvæ militem ob experientiam & spem prædæ in periculis adeundis intrepidum reddit.

Iracunda est, qvam ira vel odium ad vindictam sine certo consilio excitat.

Fiduciaria est, qvam externa præsidia in periculis previsis propter spem certam animo conceptam excitant.

Inscia est, qvæ ex ignorantiâ periculi orta eò usq; progreditur, donec se imparem adversis viribus sentiens mortem magis, quàm ignominiam metuens in pedes se conjicit.

III. *Temperantia* est virtus mediocritatem observans circa voluptates corporis, qvæ gustu & tactu percipiuntur.

112. *Objectum* constituunt *corporis voluptates* juxta sensum aliqvem exteriorem ei competentes: & qvidem *propriè & potissimum* juxta sensum *tactus*; *secundariò* juxta sensum *gustus*: siqvidem Temperantia non est circa delectationes gustus, nisi in qvantum gustus est aliqvaliter tactus qvidam.

113 Ubi

113. Ubi insuper & hoc notandum, illas Voluptates corporis non esse intelligendas ratione *totius* corporis, sed saltem *certorum membrorum*; Gulæ, oris & pudendorum.

114. Extrema Temperantiæ sunt: in Excessu *Intemperantia*; in Defectu *Stupiditas* seu *Anæsthesia*. Stupiditas in aspernandis omnibus voluptatibus.

115. *Species Temperantiæ* sunt duæ: *Frugalitas* (in gulâ) & *Castitas* in venere moderandâ occupata.

116. *Frugalitas* subdividitur pro alimenti duplicatione in *Abstinentiam* & *Sobrietatem*.

117. *Abstinentia* est frugalitas in moderato cibi usu. *Extrema* habet in excessu Voracitatem; in defectu, nimiam abstinentiam à cibo.

118. *Sobrietas* est frugalitas in moderato potus usu. *Extrema* ejus sunt Ebrietas & nimia potus requisiti aversatio.

119. *Castitas* est temperantia in venere

nere moderandâ, cujus *extrema* ſunt ; Libido & Veneris omnis deteſtatio.

120. *Libido illa* eſt vel *interna*, cogitationes ſpurcæ, libidinoſi affectus ; vel *externa* ; obſcœni ſermones, amplexus laſcivi, concubitus cum objecto illicito.

121. *Liberalitas* eſt virtus mediocritatem ſervans in pecuniis modicis dandis accipiendisqve.

122. Liberalitatis *objectum* datur partim *internum*, qvod eſt intra hominem liberalem. Eſtq; hoc loco *cupiditas nummi* : partim *externum* χρήματα, qvæ ſunt omnia ea, qvæ nobis ului eſſe aut nummis æſtimari poſſunt. Ubi notandum per *nummos* hoc loco non illos *ſignatos* intelligi, qvibus in emendo & vendendo utimur ; ſed *omnes res & poſſeſſiones*, qvarum dignitas nummo æſtimatur, ex hominum inſtituto 4. *Ethic. cap.* 1.

123. Ut autem liberalis circa hoc objectum rectè verſetur, omnes *circumſtantiæ* tum in *dando* tum in *accipiendo* obſervandæ ſunt.

124. In

124. In *dando* attendat (1) *ipsum*, ut videlicet det libenter, non gravatè juxta illud: *poster. ad Corinth. 9. v. 7. & Ecclesiastici 35. v. 11. & 12.* (2) *Personam accipientem*, ut illa sit digna & indiga, indigens nostro auxilio. Hinc nonnulli Ethici censent, & improbis succurrendum esse, si scilicet 1. indigentes, & cum magnis calamitatibus conflictentur. 2. Si spes emendationis eluceſcat. 3. si absq; reip. detrimento fieri possit. Aliis improbis non dandum est: scilicet 1. illis, qvi sunt validi & non indigent nostro auxilio, 2. Contumaces, ut non cogitent de emendatione, 3. Exitiosi Reipublicæ.

(3) *Quantitatem*, ut scilicet pro facultatibus dantis & pro dignitate ac necessitate accipientis facultates distribuantur. (4) *Qualitatem*, ut scilicet beneficia accipienti prosint, noceant nemini; Item ut sint honesta beneficia & propria bona. (5) *Tempus*, ut scilicet dentur beneficia tempore justo & citò. (6) *Actum*, qvi & honestatis præscripto mensuran-

C dus,

dus, ut scilicet honoris gratiâ collata beneficia fiant palàm; Egestatis sublevandæ gratiâ, privatim. (7) *Finem*, qvi non est spes lucri, nec amor gloriæ, sed honestas.

125. In *Accipiendo* liberalis cavebit, ne aliunde accipiat, qvam unde debet, utq; honestis rationibus, qvæ dantur, comparentur.

126. *Oppositæ* Liberalitatis sunt ἀσωτία *Prodigalitas* (modum in nimium dando & parum aut inhonestè accipiendo violans) & *Avaritia* ἀνελευθερία, vitium in nimium accipiendo, retinendoq; modum violans.

127. *Prodigalitatem* facimus partim *simplicem*, qvam jam definivimus, partim *mixtam*, qvâ ab aliis per injuriam auferuntur, qvæ donantur.

128. *Prodigalitate* adhuc deterior est *avaritia*: scilicet propter inæqvalitatem illati damni. Siqvidem avarus omnibus nocet; Prodigus verò qvibusdam benè cupit & facit. 129. Ab

Intensive differre
e.g. calor minor et maior ō differt specie
sed gradu. Calor ambō et frigus differunt
ō gradu sed specie.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0100
DFG

129. Ab hac virtute differt non tantùm *gradualiter*, seu secundum magis & minus, sed *specie*, qvamvis illa specifica differentia non sit exactissima. Qvæ enim differunt *objecto formali extremo*, *fine*, illa magis qvam gradualiter differunt: Qvod probare possumus 1. *quoad objectum formale*, qvod in *Liberalitate* sunt mediocres & privatæ divitiæ, qvibus sufficit persona privata; In *Magnificentia* autem sunt Divitiæ majores & publicæ, qvæ reqvirunt personam publicam *juxta Aristotelem 4. Polit. 2.* Jam verò *publica & privata* differunt specie & si non *Physicè* & in suâ naturâ; tamen *Ethicè* & *Moraliter*, dum Ethici in his objectis non tàm attendunt magnum & parvum (qvod materiale saltem hic est) sed *publicum & privatum*, qvod formale Ethicè constituit. (2) qvoad *Finem*: siqvidem Liberalis spectat, ut prosit & opituletur singulis, qvi indigent: Magnificus verò non tantùm erga alios, sed & erga seipsum exercet suam magnificentiam.

dum extruit magnifica ædificia. (3) qvoad *Extrema*; qvod per se patet.

130. Ubi statim in limine notandum terminum *Magnificentiæ* hîc non supponere pro *dignitate quadam*; qvo sensu Rectores Academici vocantur Magnifici (Nam hujusmodi Magnificentia species qvædam honoris adeoqve concomitans potius specialis cujusdam finis politici, qvàm virtus seu Medium practicum censetur) sed pro *magnorum sumptuum qvalitate moderatrice*, peculiari medio, qvo ad S. Bonum practicum perveniendum.

131. Est itaq; *Magnificentia* mediocritas in magnitudine sumptuum servans decorum honestatis gratiâ.

132. Magnificentiæ *Objectum* duplex est: vel sumptus ipsi, vel opera magnifica (in qvæ sumptus fiunt) qvæ vel *Publica*, ut Templorum extructiones, Theatra, Pontes; vel *Privata*, ut Nuptiæ, splendida convivia, propriarum ædium splendidarum exstructiones.

133. In utroq; objecto observandum est



est *Decorum*: & qvidem 1. in sumptibus; cum scilicet illi conveniunt & personis & operibus. *Personæ*, qvæ sumptus faciunt, debent considerari primò ratione *fortunæ*, ut sunt divites. 2. ratione *status & dignitatis*, ut Persona magnifica sit generis splendore excellens, & in dignitate constituta. 2. *In operibus*, qvando scilicet opera personæ & sumptuum magnitudini respondent. Opus enim Magnificum ita comparatum sit, ut nemo iisdem sumptibus perfectius & splendidius opus facilè efficere qveat. In qvo si peccatur, neq; opus Magnificum, neqve persona magnifica dici potest, tum qvia superari ab alio facilè poterat in eodem genere, tum qvia decorum non servat.

134. *Extremum Magnificentiæ* in excessu est *Luxus*, in defectu *Sordes*.

135. *Luxus*, βαναυσία est vitium in sumptibus magnis modum excedens. Qvod contingit tripliciter, 1. Ratione *formæ* & *modi*, qvando sumptus magni fiunt contra decorum. 2. *materiæ* & *objecti*,

jecti, qvando res & magnæ facultates impenduntur in res futiles. 3. *Finis*, qvando solius ostentationis gratiâ sumptus magni profunduntur.

136. *Sordes μικροπρέπεια* est indecora & intempestiva parsimonia in necessariis operibus vel exstruendis vel conservandis.

137. *Magnanimitas est* Virtus in magnis & debitis honoribus expetendis vel contemnendis mediocritatem servans.

138. *Objectum* Magnanimitatis potest constitui duplex: 1. *Generale*, qvodvis magnum in rebus & actionibus humanis, qvôdq; animum reqvirit magnum, & constituitur in Ethicis, qvod est in unaqvaq; virtute magnum. 2. *Speciale*, Honores magni.

139. *Officia* Magnanimi sunt [1] *appetitio* honorum legitima, qvæ sit 1. *moderata*, ut appetat moderatè honores non tanqvam res planè novas & insolitas, sed tanqvam debitum virtutis suæ. 2. *Proportionata* 1, suis factis virtuosis, 2. statui

publi-

Tactabuncla et. Antica superbia Kunnä
tige vnd höfliche Kroffeal Pasillamenitas
Klemmenterkeit

NB Vide paras 129.

publico, id est, in qvantum status & bonum publicum vel admittunt vel exposcunt. [2] *Consideratio circumstantiarum* diligens; magnanimus enim non debet esse temerarius, ne festinatione nimia circumstantias illas perdat.

140. *Magnanimitatis Extremum in excessu* est Superbia; (qvæ vel stulta & rustica seu inepta Bawrstolz. 2. jactabunda & Aulica Hoffstolz) *In defectu* Pusillanimitas.

141. *Superbia* est vitium in magnis honoribus modum excedens: *Pusillanimitas* contrà est vitium in magnis honoribus deficiens.

142. Ab hac virtute differt (non *qvidem secundum magis & minus* saltem; sed) *formaliter*: qvorum utriusque probatio ex liberalitatis & Magnificentiæ indole peti potest.

143. Est autem *Modestia* Virtus, qvæ in modicis & debitis honoribus mediocritatem servat.

144. Est in appetitu *inhæsivè*, In verbis *συμβολικῶς & repræsentativè*.

145. Objectum constituunt minores & mediocres honores.

146. Officia ejusdem sunt duo: 1. Honores appetere, consectari, boni consulere, tueri, sed ut oportet. 2. Eosdem aspernari, declinare, omittere, fugere, abjicere, qvando id honestè fieri potest.

147. *Extremum* Modestiæ *in excessu* est, Ambitio, φιλοτιμία (vitium in modicis honoribus modum excedens) & *in defectu* Abjectio animi, ἀφιλοτιμία, vitium in modicis honoribus etiam debitis appetendis deficiens.

148. Justitia est constans & perpetua voluntas, suum cuiq; tribuendi.

149. Vocabulum illud sumitur *dupliciter*: 1. *Generaliter* pro universâ erga Legem obedientiâ; dum qvis præstat id, ad qvod obstrictus est *Deo, sibi, & proximo*; Dicitur aliàs *Justitia Universalis* (qvæ qvidem non species est virtutis; sed sub

sub se comprehendit omnes virtutes, atque ab his saltem *ratione* differt, qvemadmodum Totum à suis partibus. 2. *Specialiter* pro ea virtute, qvæ alteri reddit, qvod ei reddendum sana dictitat ratio: Dicitur aliàs *Justitia particularis*, & jam modo definita fuit.

150. Definitur per *Voluntatem* non *simpliciter & abstractè* & formaliter; sed *concretivè* per voluntatem constantem & perpetuam. Illa nudam facultatem animæ; hæc verò eandem habitu præditam importat. Ut enim constans & perpetua sit, hoc non nisi ab habitu virtutis habet. Et hac ratione per habitum *concretivè* declaratur: Qvod qvidem non incongruum est, qvia accidentia ut plurimum mentione sui subjecti determinari solent, qvemadmodum inde qvoqve suum esse habent.

151. Qvod ulterius in definitione apponebatur, *Justitiam tribuere suum cuiq.* illud intelligendum respectu illius, cui tribuendum; non respectu tribuentis;

cum virtus sit bonum ἀλλότριον (alienum *lib. 1. Eth. cap. 4.*) quod alteri commodo est.

152. *Duplex* est illa *Justitia*: *Distributiva* & *Commutativa*, quæ differunt tum *objecto*, tum *ratione proportionis*, quam tenent. *Distributiva* pro objecto habet res, quæ sub distributionem cadunt, id est, præmia & onera publica, seu omnia, quæ cuipiam debentur, quatenus est membrum alicujus communitatis. *Commutativa objectum* constituunt commertia, permutationes, contractus, per quos intelligimus non modo veros contractus, & quasi contractus, sed & omnes obligationes, tàm quæ ex delictis, quam quæ ex quasi delictis nasci dicuntur. † Ab *Aristotele 5. Ethic. 2.* dividuntur commutationes istæ in *voluntarias & invitas*. *Voluntaria* sunt, quando utrinq; est animus commutandi, aut contrahendi, qualis est Emptio, Venditio: *Invita*, ubi commutatio fit una parte invita, sicut est Furtum, Rapina.

153. In *Commutativa Justitia* tenenda est

Distributiva So da ausgeleitet Commu-
tativa die da bey Wechselt Iuncta ratione
proportionis Wachsart der gleich sei ꝑ
institutio ē qualitatis habitu

quae cadunt sub distributionem die da kon-
nen geleitet werden

Commertia Kaufhandel.

Ego quasi retractum ut quando alieni mando
meas in alienam terram arcendas et agendas.

Quae nasci dicuntur die daher komme
quam ex quasi delictis Als das gleichen
schaldt ut quando qui interficitur ē de-
lectus quando qui in conventu occiditur ē
quasi delictus
Inen Wechselt operam oder tangeren

est *proportio Arithmetica*; In *distributivâ Geometrica*. Qvod sic ostendo: Omnis justitia consistit in rerum æqvalitate. Æqvalitas illa vel *ex personarum dignitate* æstimatur (non si omnes *idem* accipiant; sed si *idem proportione*, seu secundum qvid;) sicut fit in *justitiâ distributivâ*: vel *simpliciter ex rerum ipsarum modo & mensura*; qvalis proportio in commutationibus spectatur. Hæc enim non super personarum dignitate, sed nuda adæqvatione delicti & pœnæ fundatur. Attenditur igitur hîc tantum eatenus qvatenus persona delicti pœnam aggravat vel elevat.

254. Est autem *Arithmetica proportio* æqvalitas differentiarum, qvando nempe æqvali differentiâ numeri inter se distant, ut in suis numeris 2. 4. 6. 8. ubi differentia semper est binarius.

155. *Geometrica proportio* est æqvalitas rationum, qvando plurium terminorum inter se comparatorum eadem est ratio. Hujusmodi analogia est in his numeris

3. 6. 12. 24. 48. Ubiq; eadem ratio est, & qvidem dupla. Jam fiat applicatio. Qvemadmodum in Geometrica proportione, non differentiarum sed rationum æqvalitatem spectare oportet; Ita etiam in distributionibus ratio habenda est dignitatis personarum, qvibus aliqvid tribuendum, & pretii rerum, qvæ distribuendæ; ita ut dignitas rerum conferatur cum dignitate personarum, ut una alteri congruat, & æqvalia æqvalibus contingant, neqve res indifferenter distribuantur.

Sic qvemadmodum *in proportione Arithmeticâ*, ad distantiarum solummodo æqvalitatem respicitur, sive numeri exigui sint, sive magni: Ita etiam in *Justitia Commutativa* ad rerum solum permutandarum (nullâ habitâ personarum ratione) æqvalitatem attenditur ut ipsi permutantes utrinqve æqvales habeant partes.

156. Ex his jam facilè constabit nobis de naturâ justitiæ distributivæ & commuta-

Ero ratione dignitatis personarum
Wegen und Ansehen der Persohn

contractio Verdrag
Nullo habitis personarum respectu
Ohn ansehen der Persohn Commutatio
Verwechslung

ut libera
litas con
sistit in
ter 2 extre
ma [illegible] li
beralitas
sed [illegible]
stitia

mutativæ. *Illa* est, qvæ in distributione rerum externarum pro ratione dignitatis personarum & æqvalitatis rerum singulis tribuit: *Hæc* est, qvæ in contractibus & rerum commutatione nullo habito personarum respectu eam servat æqvalitatem, ut suum qvisq; consequatur, & nulla pars defraudetur.

157. Ubi adhuc 2. notanda (1) qvæ hîc mediocritatis ratio, (2) ad qvamnam justitiæ speciem pertineat pœnarum inflictio.

158. Mediocritatis ratio in hac virtute multum differt, ab ea, in qvâ consistunt virtutes cœteræ, ut patet ex *s. Eth. T. 60.* Nam cum illæ omnes (virtutes) obtineant medium inter duo extrema distincta & duas contrarias actiones, qvarum una modum simpliciter excedit, altera deficit; Justitia inter duo extrema talia interjacet, qvorum utrumq; est in una eademque actione. Et hæc Extrema sunt *Plus* & *Minus*. v. g. Qvi defraudat alterum una actione & modum excedit, qvia plus sibi sumit qvàm par est: Deficit, qvia minus

minus qvàm oportebat, alteri relinqvit. 2. *Medium reliqvarum virtutum* est medium rationis tantum; *Medium justitiæ* etiam rei.

159. *Pœnarum inflictio* non pertinet ad justitiam Distributivam cum pœnæ non sint ejusmodi res, qvæ sub distributionem cadant; nec *proportione Geometricâ* irrogari possint, ut eruditissimè demonstrat *Dn. Hornæus in Ethic. pag. 501. & seqventibus.* Qvamvis enim in inflictione pœnarum habeatur rario personæ & dignitatis: planè tamen illud per accidens fit, cùm Geometrica proportio per se eam spectet: Hæc enim simpliciter fundatur super comparatione personarum & præmiorum: Arithmetica non super personarum dignitate, sed nudâ adæqvatione delicti & pœnæ. Illic igitur per se attenditur persona; Hic per accidens, sive eatenus tantùm, qvatenus persona pœnam aut delictum aggravat, vel elevat, ad delicti magnitudinem eò rectius intelligendam. *Uno verbo:* Respectus

medii Geometrici

Et Ranne pence sicut distribuendae proportionalis
seu iusticia commutativa
Arithmetica (daß man allen gelegentlich wendet)
seu iusticia distributiva
Vel Geometrica (daß man die Person ansiehet)
dem einem mehro darumb zu stat daß die
andern) Iusticia distributiva die ge
rechtigkeit die die Person ansiehet
Comutativa die gerechtigkeit so
allen gelegentlich irrogare pena strafen
non habetur ratio pietatis man siehet
dar keine gelleß frucht an Eleva
re poenam strafe vilermachen

in Geometrica

fur cogit pendere sed quadatiuē actus
gladio laterfuit id non sed

Nota Ius gsideratur vel absolute vel
es moderaōe Ius absolute gsideratur vocatur
ius strictus q̄ ē absq̄ limitaōe et ad certas cir
cumstantias ē ab omni moderaōe Ius es moderaōe
dr ꝗ quitas stat: ch: Mori p: 212

Quaeritur an volenti fiat iniuria ꝗ volen
tem esse duplices vel n̄ vult id q̄ recta raō
et leges iubent et huiusmodi volenti ꝯ fit
iniuria raō q̄ ꝗ rōs rectas raōes vult allentis
non vult damnis et iniuriam et huiusmodi vo
lenti iniuria non infert vel vult aliquid con
tra rectas raōes vel leges et huiusmodi volen

ctus ille personarum in inflictione pœnarum non pertinet *directe* ad eam, nec dicere possum, primariò infligi pœnas Arithmeticâ proportione, secundariò Geometricâ, sed pertinet tantùm ad cognitionem & æstimationem qvantitatis delicti & pœnæ ut adæqvationem rectè inveniam, & postmodum juxta illam pœnas infligam. Ministeriales itaqve tantum partes agit hîc proportio Geometrica, non verò ipsum infligendi actum vel primariò, vel secundariò ingreditur.

160. A *Justitia* promanat JUS, non pro lege seu Legis præscripto sumptum, sed pro justo facto & actione justa, non præcurrente virtutem justitiæ; cum hæc actio adhuc imperfecta sit; sed eam seqvente, & perfectionem ex justitiæ habitu accipiente.

161. Juri opponitur Injuria, juris violatio, à violente alteri invito illata: qvæ involvit uno titulo duplex extremum, ut supra dictum.

162.

162. Juris moderatrix est *Æqvitas*, & qvidem moderatrix, non destructiva, sed perfectiva, dum scilicet determinat & applicat, habitâ circumstantiarum ratione, indifferentiam & generalitatem juris, qvod moralem hujus perfectionem involvit. Vocatur qvidem *jurù correctio*, non ac si in lege rectè instituta sit defectus: sed qvia generaliter tantum sancit, nec in specie propter negotiorum & circumstantiarum varietatem qvicqvam constituit. *Æqvitas* igitur hic succurrit, & in specie exponit, qvod generaliter lege est sancitum. Unde à Jurisconsultis definitur per Moderationem & benignâ juris interpretationem.

163. *Extrema Æqvitatis* sunt ἀκριβοδίκαιον Strictum jus, & συκοφαντία Malitiosa juris interpretatio, fraudandi gratiâ instituta.

164. *Mansvetudo* est virtus, qvæ iræ in vindicando & puniendo modum impo-

165. Ob-

Quod e intra ipsam mansuetum [illegible]
in den leüt selbigen selbst convicia
schaldt wort etc

d

forma daß der mit waß bestehet
Ob warumb Quibus nichi fach sit [illegible]
Eß billich ist zu zurnen qui [illegible]
que hoc fecisti du hast daß [illegible]
gar weiß gethan admittere culpam
sündigen et nulla [illegible] poenitentia
Und [illegible] nicht leidt frigidus [illegible]
Ille frigide [illegible] ist [illegible]
[illegible] praecepti [illegible] et praecipitatus [illegible]
Einen [illegible] daß [illegible]
[illegible] capere [illegible]
[illegible] schuldig

Clementia [illegible] Severitas [illegible]
[illegible]

165. *Objectum* ejus est 1. *Internum & Immediatum*, qvod est intra ipsum mansvetum: Estqve tum Appetitus irascendi, tum ipse affectus iræ. 2. *Externum*, Injuriæ, convicia, vindicta.

166. *Forma Mansvetudinù* (ut & reliqvarum virtutum est Mediocritas qvam ad 4. capita revocat *Aristoteles 4. Ethic. cap. 5. lib. 1. Magnorum Moralium cap. 15.* (1) Ob qvæ irasci liceat, ob justas scilicet causas. (2) Qvibus irasci fas sit; improbis scilicet & sceleratis, qvi scientes & volentes admisere culpam & nullâ ducuntur pœnitentiâ. (3) Qvomodo irasci oporteat: Ne scilicet simus lenti & frigidi; neq; nimis præcipites & obstinati. (4) Qvando & Qvamdiu: Scilicet Abstinendum ab Ira, si de rebus seriis capienda consilia: Si nos hilares præbere velimus: Si pœnis afficiendi sontes.

167. Virtutis hujus *duæ* sunt *species*: *Clementia* (iram licet justas habeat causas, moderans, & pœnas à reis mitiores exigens) & *Severitas*, qvæ est, qvæ qvibus, pro-

propter qvæ, qvâ ratione, qvando & qvamdiu par est, irascitur, injurias repellit, &, si opus, pœnas exigit.

168. Mansvetudinis *Extrema* sunt *in excessu* Iracundia (vitium irascendo modum excedens) *in defectu* Lentitudo seu Stupiditas (vitium, qvando non irascimur; etiamsi possimus, aut certè justam iram non persequimur.

169. *Iracundia* tres habet species. 1. *Excandescentiam* qvâ subito & irascimur & placamur. 2. *Amarulentiam*, qvâ tardè irascimur, sed diu iracundiam conceptam fovemus. 3. *Crudelitatem*, iracundiam pertinacem & apertam.

170. *Affabilitas s. Humanitas* est Mediocritas circa oblectationes & offensiones in conversatione non ludicrâ, seu in communione sermonum, & actionum, qvæ ludicra non est.

171. *Objectum* ejus est, Seria communicatio actionum, & qvidem illarum, qvæ in sermonis usu sunt oblectamento. Uno verbo: *Affabilitas* sermonem jucundum

cundum moderatur *non externum* (qvippe qvi tantùm signum est externum Affabilitatis) *sed internum*.

172. *Extrema* sunt *in defectu* Morositas, qva ne in honestis qvidem rebus, cuiqvam placere studemus (qvale vitium erat in *Timone* [illegible], qvi omnium hominum congressus vitabat; *In excessu* Assentatio, studium placendi vitiosum, qvo præter honestatis rationem iis, qvibus cum conversamur in omnibus placere conamur. Tale vitium fuit in *Nicesia*, qvi videns muscas Alexandri frontem pungere, exclamavit: O qvanto aliis sunt feliciores muscæ, qvibus gratia facta est, Regii tui sangvinis gustandi.

173. *Urbanitas* est virtus in ludis & jocis mediocritatem servans.

174. *Objectum* itaq; constituunt Ludi & Joci, honesti scilicet & Liberales, qvi non tantum oblectationis & sapientiæ sale conditi, sed & personis, locis, & temporibus accommodati sunt.

175. *Extrema* ejus sunt, & qvidem *in*

excessu

excessu Scurrilitas (vitium, qvo proferuntur joci pungentes, id est, qvi sale Momi condiuntur, innocentibus suspicionem vitii sermonum involucris obtrusi causantes) & Rusticitas in defectu, vitium in ludis & jocis deficiens, qvo nec ipsi proferre nec aliorum jocos licitos & jucundos perferre valemus.

176. *Veracitas* est virtus, per qvam rem, ut se habet, proferimus & indicamus.

177. *Objectum* ejus est *Verum moraliter consideratum*, qvod dicitur Convenientia cordis & oris s. vitæ, orta ex objecti æqvâ consideratione. Harmonica convenientia debet esse inter signum illud morale externum, qvòd est cùm *verbale* sermo, vox, tum *reale*, qvod sunt mores, Gestus seu vita nostra.

178. Opponitur veritati *Mendacium*, qvod dupliciter potest considerari: 1. in genere, 2. in specie. In Genere consideratum Mendacium dividitur in *impropriè dictum*, qvod constituunt *officiosum* & joco-

jocosum Mendacium, & *propriè dictum*, qvod dicitur Pernicioſum.

179. *Pernicioſum Mendacium* eſt, qvando ſtudio nocendi dicimus aliqvid, qvod ſcimus falſum eſſe, vel id, qvod dici debuit, depravamus.

180. *Officioſum* mendacium eſt occultatio, qvâ ob cauſam honeſtam, alterius-qve utilitatem vel tegitur aliqvid, qvod dicere non eſt neceſſe, aut cujus manifeſtatio ſpontanea eſſet peccatum: vel figuratè aliud ſignificatur, qvàm verba ſonant.

181. *Jocoſum* eſt, cum falſè & lepidè delectationis cauſa, citra tamen ullius perniciem fingimus ea, qvæ non ſunt. *Officioſum & jocoſum ſimul* eſt illud *Philippi Macedonis*, qvi vocatus ad cœnam, cum plures ſecum adduceret umbras, & poſtmodum hoſpitem turbari ſentiret, qvod tam multis non ſufficeret apparatus; inter cœnandum, qvi aderant unà, miſit puerum eos ſubmonentem, ut aliqvid loci ſervarent placentæ. Illi placentam

centam exspectantes parum comedunt: Ita factum, ut apparatus omnibus sufficeret. *Plutarch. in Apoph. Regum & Imperat.*

182. Ubi notetur hic Canon: *Omne mendacium est perniciosum, & qvicqvid ejusmodi non est, peccatum non est.* Tantum enim abest, ut *jocosum & officiosum* sint mendacia, si illud jocosum; hoc officiosum revera & moraliter sit & sin. Mendacia sunt, ut potius contradictionem in adjecto committat, qvi eadem mendacia nuncupat, cum omne officiosum & jocosum) qvod scilicet ratio officii, vel negotii moralis poscit,) sit honestum, & idem de jocoso sit judicandum, qvoniam scilicet aliqva Homileticarum virtus, aut aliqvis virtutis alicujus Homileticæ actus sit.

183. Ubi ulterius *notandum*, illum qvi falsa dicit, non statim mendacio se obstringere; tum enim non est mendacium, nisi tantum *materialiter*, cum Mendacium *formaliter* tum sit, si qvis

mendacium est duplex materialiter et for-
maliter materialiter est cum aliquis fal-
si dicit sed id falso esse non novit for-
maliter est falso aliquis dicat et id fal-
so esse novit



Arrogantia Rumoratrix Dissimulatio
Verschwiegung

Utrique dicit tu totam noctem etiam
Anisti et esset vera ego dicerem tamen me mo
do Aharam studuisse tu dissimulas
Quam ipsa res dicimus [illegible]

Ius vid. p.
actio. [illegible]
na [illegible]
[illegible]
[illegible]
vel [illegible]
[illegible]

contra qvàm novit rem se habere enunciat, atqve adeò voluntatem falsa dicendi habeat.

184. *Mendacium* in specie consideratum est *duplex*: *Excessu*, Arrogantia, & *defectu*, Dissimulatio.

185. *Arrogantia, Jactantia, Ostentatio*, est mendax affirmatio, qvâ plus qvàm ipsa res, dicimus: & fit vel ob meram vanitatem, vel gloriæ cupiditatem: Contrà *Dissimulatio* est mendax negatio, qvâ minus, qvàm ipsa res est, dicimus. Interim tamen *tolerabilior est Dissimulator, mendace & arrogante*, cùm civilius sit sua extenuare, qvam efferre.

186. *Virtutes has* excipit *Perfectissimæ virtus, alias Heroica* dicta, qvæ non differt *specie* à populari & simplici virtute: qvia utrobiq; sunt paria principia interna, objectum, actus, personæ; sed saltem *externo splendore* seu in paritate præeminentiæ, qvæ nascitur vel ex impulsu divino aliqvo, vel ex mirabili tendentiâ ad aliqvem finem.

187. Est

187. Est autem *Virtus Heroica virtus*, divinitus, qvibusdam hominibus concessa, ad expediendum ea, qvæ aliàs vulgaribus viribus humanis expediri neqveunt: qvalis virtus in Abrahamo fuit, Jacobo, Mose, Josuâ, Samsone, Alexandro Magno, Cyro, Aristide, Carolo Magno, Carolo V., Aristotele, Platone, Scaligero, Luthero, &c.

188. *Extrema* sunt, & qvidem *in excessu* Feritas (vitium summum & extremum, qvo homo rectæ rationis judicio planè excusso omniq; humanitate abjectâ turpissima qvæq; perpetrat, à qvibus aliàs ipsa natura humana abhorret. Qvale vitium fuit in *Herode*, infantes innocentes crudeliter trucidante: In *Nerone*, propriæ matris ventrem resecante, & locum, ubi delituisset, expetente, Senecam Præceptorem ad necem compellente: *Caligula* &c.) *In defectu* verò Ignavia summa ineptitudo ad omnem virtutis impetum.

189. Et tantum de *perfectâ virtute*, & *per*se-



de Spontaneis ordinat

Ordinati affectus Unordentlich begierde
veneris Dar wollust reluctantes
Wieder streben inviti Unwillig

perfectißima! Proximum eſt, ut explicemus virtutem *imperfectam*, qvæ per ἀναλογίαν ſaltem virtus, animum excitans & diſponens ad virtutem perfectam. Unde potius *Diſpoſitio* dicitur, qvam potentia, propterea, qvia potentia qvaſi indeterminata eſt, & ſine actu ſumitur: Aſt hujusmodi diſpoſitio illam ad certam contradictionis partem aliqvaliter inclinat, imo qvodammodo ipſum actum ponit.

190. Virtutum harum *duæ* ſunt: *Continentia* & *Tolerantia*.

191. *Continentia* eſt virtus imperfecta, qvâ inordinati affectꝰ omnes, imprimisqve alimenti & Veneris rectæ rationi reluctantes inviti ſubjiciuntur.

192. *Continentia dupliciter* ſupponit. (1) *pro Habitu perfecto Temperantiæ*, & qvidem 1. totali, id eſt, pro totâ Temperantiâ verſante circa alimentum & Venerem, adeoq́; pro frugalitate & caſtitate, qvæ eſt ſpecies Temperantiæ. Neutra ſuppoſitio hîc locum habet. (2) *pro habitu*

bitu imperfecto qvo bonum & rectum eligimus in oblectamentis, sed cum pugnâ internâ sensuum.

193. *Extremum Continentia in excessu* est Incontinentia; in *Defectu* nomine caret.

194. *Incontinentia* est vitium, cum in affectibus aliis, tum in gula & Venere modum excedens, ita ut qvodammodo à pravis cupiditatibus invitò ad peccandum pertrahatur.

195. Est *duplex*, *Præcipitantia* (qvâ subitò per imprudentiam ab affectu validiori ad delinqvendum abripimur) & Infirmitas, qva aliqvamdiù pravis affectibus resistentes, tandem succumbimus.

196. *In defectu* est extremum, cum qvis voluptates adeò aversatur, ut ne propter honestam voluptatem aliqvid laude dignum suscipiat.

197. *Tolerantia* est dispositio proba, qva res adversas & laboriosas cum qvodam dolore honestatis gratia perferimus.

198 Ob.

198. *Objectum* ejus est dolor, qui ex absentiâ voluptatis percipitur.

199. *Extremum* ejus *in excessu* est Duities (modum excedens in adversis, quo qvævis sine honestatis ratione perferimus) *In defectu* Molities in adversis *deficiens*, qvâ nullas planè molestias aut dolores honestatis gratiâ perferre volumus: & est *duplex*, vel Insita, vel qvæsita.

200. His Dispositionibus nonnulli addunt *Obedientiam*, qvæ est Dispositio laudabilis implendi ea, qvæ à prudentioribus præscripta sunt, honestatis & decori gratiâ.

201. *Objectum* ejus constituunt Mandatum superioris legitimi, cui obedientia debetur.

202. Tandem aliqvid adjiciendum de *Virtutibus intellectualibus*, qvæ juxta *Arist. 6. Eth. c. 3.* sunt habitus, qvibus anima affirmando & negando verum enunciat,

203. Et illi habitus sunt partim *Contemplativi*, ut Intelligentia, Sapientia, Scientia; partim *Practici*, ut Prudentia & Ars.

204. *Habitus illi Contemplativi* sunt, qvorum principium est in ipsis rebus, ut tum demum perfecta sit cognitio, si rebus adæqvetur. *Practici* sunt, qvorum principium est in agente & faciente.

205. *Intelligentia* est virtus speculativa, qvâ prima principia, qvæ medio & causâ carent, absq; medio & causa cognoscimus, cognoscenda illis credimus, firmiterque assentimur.

206. Sunt qvidam, ut *Durandus, Medina, Capreolus & Valentia*, qvi putant hunc habitum esse *naturalem*: verùm nos potius facimus cum *Conimbb & Svaretzio*, asserentes, habitum hunc principiorum, æqvè atq; alios *acqviri*. Videatur *Svaretz in Metaph. tom.1. disp.1 sect.4. num.15. D. Hornejus in Eth. p. 538 & 559. & D. Jacobus Martini in Partit. Metaph.*

207. *Sapientia* est virtus speculativa, constans ex intelligentiâ & scientiâ rerum præstantissimarum. *Conditiones ejus facit sex Arist. l.1. Met. c.2.* 1. Versari circa omnia. 2. circa difficilima, atqve sen-

Habilis demonstratio Beweisendaga
[illegible] Exemp. O Homo [illegible] quia
e Rationalis ut proponitur hoc e rationalis
e necessaria

Effectus Sed dabitur mihi [illegible]
[illegible] Effectus [illegible]
[illegible] cooperationi animi [illegible]
terna Efficere autem sumitur de
operatione externa sine corporis
Ergo sutor non agit sed officii [illegible]
calceum

prudentia civilis civile opponitur ferro et agresti
quia aggrestes homines [illegible] et civiles [illegible]
[illegible] ad fol: a

sensibus remotissima. 3. Habere cognitionem certissimam. 4. Aptitudinem maximam ad docendum. 5. Dignitatem, ut propter se, sciendiq; caussâ appetatur. 6. Imperium ac dominium in reliqvas artes & scientias.

208. *Scientia* est virtus speculativa, seu habitus demonstrativus ex necessariis, veris, primis & immediatis.

209. *Ars* est habitus cum rectâ ratione effectivus, i. e. qvi efficere aliqvid docet optimâ ratione, sicut sutor calceum conficit.

210. *Prudentia* est virtus seu habitus cum rectâ ratione activus; sive qvi secundum veram & rectam rationem vivere docet, & agere ea, qvæ hanc vitam decent.

211. *Socia, Domites, Ministræ* Prudentiæ sunt: *Perspicacitas, σύνεσις* (habitus rectè judicandi de iis rebus, circa qvæ Prudentia versatur) *Sententia, γνώμη* (æqvi & boni viri de dictis & factis alio-

rum, rectum judicium) *Solertia* δευότης naturalis ratio excogitandi & inveniendi media ea, qvæ ad honestæ actionis finem consequendum faciunt.

212. *Dividitur* Prudentia *in Privatam & Communem*. qvæ subdividitur in *Oeconomicam & Politicam*. qvæ partim est *Legislatoria* (de rectè ferendis & explicandis Legibus) *Deliberativa seu Senatoria* (de futuris Reip. negotiis) *Judiciaria*; de factis præteritis. Qvas divisiones omnes vide apud *Donaldsonum in Eth. pag. 275. seqq. & Hornejum p. 566.*

PARS SPECIALIS CIVILIS PRUDENT. PRIOR.

213. Et hæc est *pars Civilis Prudentiæ Generalis* de moribus universè sumtis agens; Seqvitur *Specialis* ad singulares descendens & communia Societatibus, hominum gradibus ac statibus accommodans.

214. *Status bi, sive gradus*, qvia in genere duo sunt: *Oeconomicus* sc. & *Politicus*

Etica agit in genere de omnibus virtutibus

— vel ad Politicam vel Oeconomicam

Status humani der geistliche weltliche
u. hausstandt Spectantur Civilis Oeconomicus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0155
DFG

ticus, meritò *Specialem* partem in Oeconomicam & Politicam dividimus.

215. Sunt qvidem, qvi putant *Oeconomicam* esse partem vel appendicem *Politicæ*; verùm licèt *Familiæ* tanqvam primordia ad Civitatem (Politicæ objectum) referantur: est nihilominus illa consideratio respectiva, qvæ absolutam non tollit. Imò ante Politicam est tradenda, qvia *Oeconomica* ordine naturæ & doctrinæ prior est *Politicâ*, qvatenus sc. versatur circa familias, ex qvarum multitudine civitas constituitur, & ad politicam discendam viam nobis planam & expeditam sternit.

215. Est itaq; *Oeconomica* Civilis Philosophiæ pars specialis prior, ad rectè constituendam administrandamq; familiam informans.

216. *Finem & Objectum* in ipsis præliminaribus apposuimus, Bonum sc. Civile & Actionem humanam, adeò ut in hac *parte speciali* applicatio & restrictio specialis tantùm superaddenda veniat,

qvæ *Finem* nobis exhibet bonum domesticum; *Objectum* verò Actiones humanas Familiæ, & rem familiarem concernentes.

217. *Familia* est societas naturalis, hominum ejusdem Patrisfamilias imperio subditorum ad usum vitæ qvotidianæ instituta.

218. Est vel *Imperfecta*, carens servis aut uxore: vel *Perfecta*, complectens patremfamilias, uxorem & servum. *Liberi* enim tantùm sunt effectus familiæ, non partes.

219. Hinc oriuntur tres *Societates*. 1. *Conjugalis* (conjunctio maris & fœminæ, ad procreationem liberorum mutuum auxilium & vagæ libidinis coercitionem legitimè instituta). 2. *Patria* (conjunctio parentum & liberorum) educationis honestæ gratiâ. 3. *Herilis* inter herum & servum, in salutem utriusqve in genere humano instituta. §

220. *Rei familiaris* partes sunt *distincte possessiones* ad Oeconomiam pertinentes, qvarum



qvarum alia est *Naturalis* (vel *Animata*, rationalis & irrationalis; vel *Inanimata*, mobilis & immobilis) alia *Artificialis*, vel continens vel contenta.

221. Porro *Medium*, ducens Finem in Objectum est tum *recta Constitutio & Gubernatio personarum familiam constituentium*; tum *Acqvisitio, Auctio & Conservatio Possessionum*. De *priori Medio*, Constitutione sc. & Gubernatione Societatum primo loco; de *posteriori Medio*, Acqvisitione sc. &c. posteriori agemus loco.

222. Pro *Primæ Societatis Constitutione & Gubernatione* notentur decem sequentia: 1. Consensus Personarum contrahentium, Parentum, Tutorum, Curatorum ante omnia requiritur. 2. Personæ contrahentes non debent esse nimium propinqvæ aut ineptæ ad conjugium. 3. Personarum contrahentium tantùm debent esse duæ, non plures. 4. Maritus in uxore eligenda majorem famæ qvàm formæ, virtutis qvàm dotis ratione

donem habere, ætatis ac conditionis æqualitatem respicere debet. 5. Amor debet esse mutuus & reciprocus, suavis sine morositate, perpetuus sine fastidio, sincerus sine suspicione. 6. Alter conjugum alterius tolerare debet calamitates. 7. Fides conjugii non frangi debet adulteriis. 8. Maritus non sit γυναικοκρατούμενος, caveat sibi à morositate & severitate. 9. Uxor Marito subens volensque morem gerat & obseqvatur. 10. Non sit garrula.

223. *Pro secundæ societatis constitutione & gubernatione* notanda hæc duo. 1. Liberi à Parentibus nutriendi, defendendi, & in pietate educandi, & tum propriâ, tum Pædagogorum operâ informandi. 2. Liberi debent amare & venerari parentes, debent de parentibus honorificè sentire & loqvi, egentes debent alere, iisqve, si periclitentur, etiam cum dimicatione & periculo capitis opem ferre.

224. Pro *tertiæ Societatis constitutione & gubernatione* obseervanda qvatuor:

1. He-

DE LIBERO ET SERVO

1. Herus eligere debet servos, qvi neque nimis timidi sunt naturâ, neq; nimis audaces. 2. Herus servo debet præbere mercedem, victum & amictum. 3. In servis autem requiritur obedientia, timor, benevolentia & animi promtitudo. 4. Servi non debent esse pertinaces, non fraudulenti & deceptores.

225. *Possessiones* acqviruntur vel *Naturaliter*, hinc habemus Georgicam, Pecuariam, Fossuram mineralium, Cæsuram lignorum: vel *Artificialiter*; hinc est Mercatoria & Numularia, tam *generalis*, qvæ dicitur aliàs usura, qvàm *specialis* dicituṙq; Cambium, Wechsel; hinc est operaria acqvisitio tum officialis, tum opificum, tum mercenaria.

226. His acqvirendi modis potest adhuc ille addi, qvi est *extraordinarius*, extra communem hominum ordinem & usum contingens, qvi hæreditatem, dotem, donationem, usucapionem, per lusum, certamen depositi pignoris comprehendit.

227. *Res Familiaris acqvisita* est rectè administranda. Est autem *administrandi modus duplex*, juxta *Arist. 1. Oec. c. 6. Persicus*, cùm necessaria omnia ex agris & fructibus servantur ad usum domesticum & superflua tantùm venduntur: & *Atticus* cùm qvotannis agrorum fructus venduntur ad conficiendam certam pecuniæ summam.

228. Duplici tandem curâ hîc opus est: *curâ* bene *conservandi & tuendi* rem familiarem. 2. Curâ eadem rectè *utendi* tum δαπανατικῇ, tum ἐνεργετικῇ.

PARS SPECIALIS CIVILIS PRUDEN. POSTERIOR.

229. *Oeconomiam* excipit *Politica pars specialis posterior* Rempubl. constitutione, conservatione, amplificatione, & si collabascat, restitutione informans.

230. *Objectum* & *Finem* totius Philosophiæ Civilis suprà determinavimus: apponenda itaq; tantùm hîc applicatio, qvæ *partem Generalem à Speciali* discriminat.

231. Hinc

231. Hinc *Politica* pro *Objecto principali & proximo* agnoscit ACTIONES CIVITATIS *materialiter & in abstractione* à Rep. acceptæ, qvatenus denotat congregationem Civium per se spectatam; non autem *formaliter*. Tunc enim significat eorundem ordinationem, qvæ formæ rationem obtinet, proindeqve idem est, qvod civium multitudo formâ suâ induta, adeoq; Rempubl. involvit. Pro *Fine* autem agnoscit *Summum Bonum* ad Rempubl. ordinatum, ad qvam omnia, Majestas subditorum officia & Classes, Leges, Educatio, & id genus alia reducuntur.

232. Est autem *Respubl.* ordo Civitatis & qvidem Magistratuum seu Imperiorum qvorumcunq;, præcipuè verò potestatis supremæ, à qva per Magistratus medios in universos subditos regimen fluit.

233. *Ordo* ille, ut apparet est inter *Imperantes & Parentes*, dependens potissimum ab unâ summâ Potestate; cùm ea

sit

NB sit ordinis natura, ut ad unum aliqvod primum ceu caput & principium referatur.

234. Et ut hic ordo *bonus* sit, Politici est, videre: siqvidem ipsi incumbit efformare Rempubl. optimam, secundum eam rationem, secundum qvam novit NB Reipub. adornandæ debitam introduci perfectionem.

235. Mediis proinde opus est: qvorum ordinamus qvatuor: utpote I Reipublicæ Constitutionem. 2. Conservationem. 3. Amplificationem. 4. si collabatur, Restitutionem & Correctionem.

236. Constituitur Respub. 1 Justâ Formarum determinatione. 2. Partium dispositione. 3. Instrumentorum ordinatione.

237. In *determinatione* illâ unicè respiciendum ad Majestatem, & qvidem (NB) intuitu numeri Imperantium. Videmus enim potestatem aliter influere à Majestate unius; aliter à Majestate plusium,



[illegible]

ut Caesar ille ē unus eod tamen sed tamen
non cogit facere aliquid absque voluntate
electoris.
Imperium Romanum monarchia ē quantum
habet vas imperatorē, tristocratia ē [illegible]
ab Electoribus dependet

tium, unius tamen vicem referentium.

237. Hinc *generaliter & primò* dividitur Respubl. in *Monocratiam* & *Polycratiam.*

238. *Monocratia* subdividitur ratione *Qualitatis* in *Bonam & Vitiosam*, qvorum illa dicitur *Monarchia*; hæc *Tyrannis.*

239. *Monarchiæ* duæ qvasi *species* sunt: *Primaria, Regnum*; *Secundaria, Dominatus.*

240. *Polycratia* est duplex: *Aristocratia* & *Democratia*; qvibus opponuntur tanqvam *vitiosæ* Respubl. *Oligarchia* & *Ochlocratia.*

241. Et hæc est genuina Reipubl. divisio. Addunt qvidem alii Rempubl. MIXTAM: verùm possent illo labore supersedere. Si enim statum considerem, nullam agnosco mixtionem, cùm status respiciat Majestatem, qvæ ut est incommunicabilis, ita & immiscibilis. Si verò administrationem perpendam, concedere qvidem possum mixtionem, cùm illa respiciat Jura Majestatis, qvæ ut communicari,

nicari, ita & suo modo miscerí possunt: sed an illa mixtio efficeré possit Reipub: novam speciem, etiamsi tantùm respectu administrationis considéretur, valdè dubito. Tantam enim dari mixtionem inter tres illas formas, ut incertum relinqvatur, qvo nomine Respubl. denominari qveat, mihi non persvadeo: Imò nec ullum exemplum, ne qvidem in Republ. Lacedæmoniorum (ubi tamen insignis mixtio) reperio, cui Reip. mixtæ definitionem, prout ab Autoribus apponitur, applicare possim. Proinde qvamvis concedam in administratione deprehendi nonnunqvam mixtionem, semper tamen propendere & præponderare puto aliqvam partem à qvâ tanqvam à potiori denominationem accipiat; non secus ac in Physicis aliqvis dicitur sangvineus ab humore prædominante, licèt & reliqvi tres locum habeant.

242. Progredimur jam ulterius ad *Formarum seu Specierum* ipsarum tractationem.

243. Mo-

243. *Monarchia* itaq; est Respubl. in unius legitimâ gubernatione rerum summam constitutam habens.

244. Ex qvo consequitur *Monarchiam* inter duos dividi non posse, adeoq; *Dyarchiam* seu *Duumviratum*, *Triumviratum*, &c. ad *Monarchiam* non pertinere.

245. *Regnum* est Monarchia, in qva Rex secundum legem proprium cuiqve tribuens, omnia in communem subditorum salutem directè administrat.

246. *Regnum* acqviritur vel *Electione* vel *Successione*; *Sortilegio* in tantum rejecto, nisi discordibus eligentium votis duo sint nominati, qvi genere, virtute & opibus pares sunt. Tunc enim sorte res decidenda est.

247. Ex qvibus (comparatè loqvendo) *successioni* præferenda est *Electio*, & præsertim temperata; qvando scilicet occurrit Regulus administrationi idoneus, ut bene merito Parenti debitæ offerantur gratiæ.

248. Interim tamen monemus Successio-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0177
DFG

cessionem tàm *Hereditariam* quàm *Gentilitiam* retinendam esse, ubi jam longo usu invaluit.

249. In *Gentilitiâ Successione Primogenitus*, etiam patri ante initium Imperium oriundus, habet prærogativam ratione primogenituræ præ reliqvis fratribus; qvibus & postmodum propter illam prærogativam Filius primogeniti post mortem ejus præfertur.

250. Ex bonis tamen paternis illi Fratres sustentandi, habito dignitatis Personarum respectu.

251. Ubi & hoc porro observandum, in illustribus Familiis *Pacta Gentilitia* esse, ut alterius stirpe exstinctâ ad alterum principatus certâ successionis lege perveniat. Nostris dicuntur Pacta illa Erbverbrüderung/ Erbveretnigung.

252. *Mulieres* ordinariè non sine ratione arcentur à successione; Qvemadmodum & *Spurii* eô jure destituuntur.

253. *Dominatus* est Monarchiæ forma, ubi non omnia ad salutem communem,

nec



nec omnia ad destructionem universalem primariò referuntur; sed subditorum cura secundariò habetur.

254. *Tyrannis* est Summum Imperium in qvo Tyrannus neglectis Dei & naturæ legibus omnia ad subditorum perniciem primariò molitur.

255. *Tyrannus* est vel *in titulo* qvi Rempub. sine ullo legitimo titulo vel *electionis vel successionis* invasit, & sic Majestatem alienam injuriâ in se solum transtulit: vel *in Exercitio*, qvi qvidem legitimè constitutus est, sed tantùm Tyrannicè administrat, omnia in pernitiem convertendo.

256. *Aristocratia* est Resp. rerum summam in Optimatum gubernatione constitutam habens.

257. *Optimates* h. l. dicuntur, qvod sint optimi virtute ex omnium numero. Si autem virtute optimi haberi neqveant, ditioribus summam Imperii committere tutissimum est.

258. *Optimatum* horum numerus qvam-

qvamvis non facilè determinari possit in hac Republ.; tamen non facimus cum illis, qvi svadent pauciſſimos conſtituendos eſſe.

259. Conſtituitur alius in locum vacantem vel ab ipſis *Optimatibus* vel à *Populo*. Ubi tamen obſervandum, periculoſum eſſe in hac Reip. formâ, electionem concedere populo, tum qvia de Optimatibus non rectè novit judicare; tum qvia hac occaſione Jus aliqvod in Optimates ſibi acqvirit, qvo ſtatus hic facilè in Democratiam poteſt mutari.

260. *Vitioſa* Reſp. huic oppoſita dicitur *Oligarchia*, & eſt, in qvâ Optimates publica commoda in privatos uſus convertunt. Qvâ ratione olim 30. Tyranni Athenienſibus præfecti totam ferè Rempub. peſſum preſſerunt.

261. *Democratia* eſt Respub. qvæ ſummum jus vel penes omnes, vel penes maximam populi partem conſtitutum habet.

262. In hac Republ. univerſus Populus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0184
DFG

lus repræsentat naturam summi Magistratus, cujus arbitrio jura Majestatis administrantur sive viritim, sive centuriatim, sive tributim, sive curiatim suffragia ferantur. In statu enim hoc Democratico populum in certas Classes distributum esse oportet, ut ex singulis unus vel alter sit, qvi totius classis teneat locum.

263. *Vitiosa* Respubl. huic oppositæ dicitur *Ochlocratia*, qvando improba plebs qvævis pro arbitrio in Reipubl. detrimentum tentat.

264. Ex *probâ Reipubl.* absolutè sine ullis loci, ingenii, temporis &c. circumstantiis consideratis ea est optima, qvæ antiqvissima est, qvæ justitiam pressiùs ac rectiùs seqvitur. Cui rectitudini assequendæ accommodatissima est Monarchia (non tantùm propter consensum in uno firmissimè consistentem; sed & consiliorum silentium, qvod in reliqvis statibus obtineri vix potest;) & præprimis si administratio ejus sit *mixta*: Tum enim omnes constringuntur legibus, cum è con-

contrario ἄνομος Μοναρχία καλεῖται καὶ βαρυτάτη sit.

265. Si autem sint, qvi hoc judicio de præeminentiâ Formæ Reipubl. contenti esse nolint; in eorum gratiam talem instituo collationem, ut statuam, DEMOCRATIAM esse jucundissimam & qvæstuosissimum; ARISTOCRATIAM prudentissimam; MONARCHIAM tutissimam jnxta ac, si administratio ejus sit mixta justissimam.

266. In Reipub. CONSTITUTIONE, Formarum determinationem seqvitur 2. DISPOSITIO PARTIUM, qvæ sunt IMPERANTES & PARENTES: qvorum illos animat & armat MAJESTAS, condecorat VIRTUS; hos idoneos reddit OBSEQVIUM.

267. *Majestas* est perpetua, summa & legibus soluta potestas procurandi, ordinandi & disponendi media illa, qvæ ad salutem tùm corporalem, tùm (qvantum

tum Magistratui Politico convenit) spiritualem corporis Politici pertinent.

268. Ubi præter requisita essentialia, benè est notandus *Finis*, qui non ita est restringendus ad res corporales (quemadmodum faciunt nonnulli Politici) ut res Ecclesiasticæ excludantur: siquidem tam latè patet Majestas, quam latè patet officium boni Principis, quod sanè non tantùm bona respicit corporalia, sed & Ecclesiastica.

269. Porrò *Majestas est duplex: Realis & Personalis.* Illa Reipubl. est coæva comprehensa legibus fundamentalibus, constans permanet, nec per discessum Principis exspirat; Hæc in Personam confertur, cum eâ concidit & ex eâdem in aliam transfertur.

270. *Majestatis* quasi *Effecta* sunt ejus *Jura*, quæ ubicunque ponitur Majestas, poni necesse est; at non ubi illa sunt, & Majestatem poni consequens est. *Ipsa Majestas est incommunicabilis; Jura ab ea Majestate possunt communicari.*

271 Jura

271. *Jura* illa sunt vel *Majora* (utpote Potestas ferendi & abrogandi leges, Potestas constituendi Magistratus, Extrema provocatio, potestas armorum, Jus in Religionem, & Ecclesias; potestas in rem numariam, creatio Ducum, Comitum, Nobilium, Fundatio Academiarum, Legitimatio & famæ restitutio: vel *Minora* ut venatio, Piscatio, Aucupium, viæ publicæ, Flumina, Portus, Fodinæ metallicæ & salinæ, incluta Palatia, bona Vacantia Thesauri, Bona naufragio perdita, Tributa, Vectigalia, Angaria, Parangaria, bona Ereptitia & Caduca.

272. *Virtutes Imperantium* sunt clementia severitate temperata, Eminentiæ & Dignitatis gloria, Præeminentia & Superioritas Virtutum reliqvarum, cumprimis Justitiæ tàm Distributivæ, qvàm Commutativæ; ut scilicet præmia juxta proportionem Geometricam distribuat: pœnas verò secundum proportionem Arithmeticam infligat.

273. In partium Reipub. dispositione alte-



Peregrinus Wildt frem der oder dem
reisender [illegible] behausung

Incola Einkömling.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730525139/phys_0192
DFG

alterum ordinem constituunt *Parentes*, Imperantibus & summæ Majestati subjecti, qvi aliàs SUBDITI dicuntur.

274. Subditorum alii Majestati summæ tantùm in plerisq; obligantur, proindeq; duntaxat nonnullis generalibus Juribus & privilegiis Reip. fruuntur; alii summæ Majestati qvoad omnia obligantur, pro qvo vicissim omnibus Reipubl. privilegiis & juribus fruuntur.

275. Ad primum genus pertinet 1. *peregrinus*, qvi est, hospes in alienâ Repub. versans, in qvâ nec domicilium habet, nec pars Reipubl. est. 2. *Incola*, qvi in alienam Remp. domicilium suum contulit.

276. De utroq; nonnulla notanda & qvidem in specie. 1. de *Peregrino*: illum in Remp. admittendum, eiq; hospitium neutiqvam denegandum esse (nisi fortè compertum sit eum Cives pravis moribus de industria corrupturum Arcana Reipubl. indubitatò detecturum, aut sub amico hospitis tegumento pestilentissi-

mum hoſpitem præbiturum): ei publica officia non temerè committenda, eum ſi deliqverit, ne ſe ſubtrahat, in Areſto detineri poſſe. 2. De *Incolis*, eos politevma nõ habere, ad publicas deliberationes nõ admitti & Magiſtratum conſiderare debere, qvibusnam domicilium concedat, cum primis qvando Judęos recipit, ne ſine certis conditionib. recipiantur & tolerẽtur.

277. Alterum Subditorum genus conſtituunt *Indigenæ*, ſubditi privilegiis Reipubl. freti & ſummæ Majeſtati qvoad omnia ſua obſtricti.

278 *Indigenæ* vel ſunt *Eccleſiaſtici* vel *Seculares*; & hi viciſſim vel *Nobiles* vel *Plebeii*.

279. *Eccleſiaſticis* circa res ſacras & religionem occupatis primus inter ſubditos locus non injuria tribuitur, cùm non tantum ſint Spiritus in Deo facti parentes; ſed & in terris Dii, ut loqvitur *Jacobus VI. Magnæ Britanniæ Rex*. Unde & duplici honore digni habentur maximè.

280. Succedunt *Seculares*, & qvidem primo loco *Nobiles*, qvos latiſſimè ſumimus,



mus, complectentes omnes ordines, infra Majestatem usq; ad plebejos.

281. Nobilitatis fundamentum facim⁹ *Virtutem* eamq; vel generis vel propriam. Illo modo aliqvis nobilis nascitur; hoc demum fit: qvando scil. talis declaratur consensu ejus, cujus nobilitatem ferendi est potestas: qvæ declaratio fit, vel propter *fortitudinem* in ordine Eqvestri & Magnatum, Procerumq; in ordine Militari; & propter *Eruditionem* in ordine Literatorum, puta Doctorum & Magistrorum.

282. *Nobilitas* evertitur vitæ turpitudine, sordidarum rerum professione & reliqvæ ætatis infamiâ.

283. Nobiles proximè excipiunt *Mercatores*, mercaturam honestiorem non ob lucrum primariò sed laborum stipendium exercentes: qvibus subjungimus meritò *Agricolas*, cùm honestissimus acqvirendi modus sit ex agris.

284. Seqvuntur ordine jam 1. qvi *Victum* 2. qvi *Sanitatem*. 3. qvi *Tegumenta* & alia *Utensilia* procurant. 4. qvi *Delectationem* movent.

285. Hinc habemus Cerevisiarios, Hospites seu Convivatores, Pistores, Lanios, Coqvos, Venatores, Piscatores: Pharmacopæos, Chirurgos, Obstetrices, nutrices, Parabolanos: Sartores, Textores, Sutores, Fabros, Netrices, Lotrices, Pelliones, Phrygiones, Alutarios, Plumarios: Tibicines, Pictores, Athletas, Saltatores, Histriones.

286. Extremum & ultimum ordinem tribuimus Carnificibus, Apparitoribus, Lictoribus, Vespillonibus & similibus.

287. Ad Reipubl. Constitutionem ultimò & tertio loco reqviritur ordinatio Instrumentorum, qvibus à Superioribus Inferiores reguntur: suntq; OFFICIALES & LEGES.

288. *Officiales* juvant Remp. vel *consilio* unde SENATUS: vel *auxilio*, eoq; aut *ordinario*, unde MAGISTRATUS, JUDICES, CENSORES; aut *extraordinario*, hinc LEGATI.

289. Circa *Officiales* in genere notandum, qvod singularibus virtutum ornamentis



mentis debeant esse condecorati; qvòd opulenti egenis præferendi: qvòd officia publica sollicitè ambientes non facilè admittendi, nisi fortè exploratò constet sceleratorum nefaria molimina, eos retardaturos esse: qvòd plures sangvine & affinitate juncti uni & eidem officio non præficiendi: qvòd indigenæ officia publica insolenter detrectantes per vim ad ea adigi possint; qvòd eorum salaria pro ratione laborum, periculorum, locorum, temporum temperanda sint.

290. Specialem eorum considerationem absolvunt sequentia: Senatus est virorum selectorum legitima congregatio, seu cœtus qvi Principi suo qvomodo Respub. pacis seu belli tempore administranda sit, consulunt.

291. Et licèt absolutè decernendi & sententiæ pronuntiandæ jus habeat, tamen exeqvendi jure caret, nisi aliud qvoddam officium à Majestate ipsi unà committatur, vel aliud usu receptum.

292. *Senator* in dandis consiliis debet attendere ad bonum publicum: consiliũ

breviter proponens; sententiam strictim dicens; alia qvæcunqve alacriter expediens; & qvando consilium cusum silentium consilio præstans.

293. *Magistratus* est (hîc loci) Officialis Politicus ordinarius fretus potestate & jurisdictione, qvæ à Majestate ad res gerendas conceditur.

294. *Jurisdictionem* Magistratui volumus collatam qvâ carere neqvit, cùm summæ potestatis vicarius sit, cujus officium repræsentare debet. Qvæ jurisdictio nil aliud est, qvam potestas de re qvâcunq; cognoscendi, cognitam judicandi, & judicatam benè exeqvendi.

295. *Magistratum Politicum* varius est. Alius occupatur in defendendâ salute *totius Politiæ*: alius occupatur circa *Ærarium & Reditus publicos*: alius circa *Justitium* administrandam.

296. Est hæc justicia ita administranda, ut boni præmiis mactentur, mali pœnis mulctentur: nõ qvidem extremo semper rigore; sed æqvâ nonnunqvam lenitate.

297. Qvando h.l. qværitur à Politicis, an

an Ambulatorii Magistratꝰ præstent perpetuis, distingvendum esse putamus, tùm inter diversas Rerump. formas; tùm inter Magistratus Majores Minoresq;; tùm inter ipsa munera faciliora, leviora, apertiora, brevi tempore expedienda & inter ea, ubi consilia non sine periculo communicari possunt.

298. *Judex* & Magistratus Politicus justiciam & judicium per potestatem à Majestate concessam secundum leges & conscientiam exercens.

299. *Judex* erit Vir *fortis & strenuus*, religiosus, veritatis studiosus, Legum & Juris peritus, liberalis &qvæstui infensus.

300. Secundum leges strictè judicare debet, nisi ubi aut lex nulla est, aut obscura, aut circumstantiæ legis rigorem molliunt; tunc enim *æquitas* & conscientia servanda sunt.

301. *Censor* est Magistratus Politicus fortunarum & morum Reip. censuram habens.

302. *Duplex* est ejus *officium*. Primum consistit in æstimatione & descriptione

Civitatis, qvot cives numero sint, qvanti ætate & fortunis, qvales ordine & dignitate: Alterum consistit in emendatione morum.

303. Sed mirum est, ubi gentium Censores hodie lateant! utinam postliminiò revocarentur!

304. His affines erant antiqvitus usitati Delatores, qvi illicita dicta, factáve ad magistratum deferebant, cujus rei exempla vid. Gen. 37. v. 2. Lev. 5. v. 1. Act. 23. v. 17. 18. 19.

305. Hactenus de officialibus Ordinariis; sequuntur Extraordinarii, ex qvibus eminent LEGATI, qvi sunt mandatarii secretiore nomine ad Principē vel Rempubl. missi ab eo qvi potestatem legandi habet, rei agendæ dicendæqꝫ gratiâ.

306. Horum proprietates tùm *ante Legationem*, tùm *in ipsâ Legatione*, tùm *post Legationem* considerandæ.

307. Qvoad Primum, Legatus sit homo devotus & pius, temperans, fidelis, magnanimus, liberalis, munera non honoris aut benevolentiæ sed corruptionis gratiâ

Es seint keine Leasoresmehr
zeitt durch
ausgebracht worden

Mandatarii bestehlest haben secretare
nomine wegen heim kochen suchen zu
diab zusenden



gratiâ oblatâ respuens, sit doctrinâ prudentiâ & experientiâ rarâ, sit Lingvarum peritus, sit lingvâ expeditus.

308. Qvoad *secundum* Legatus Principis sui mandatum scriptum ostendere tenetur nō facilè à Principis formulâ mandati recedere debet, etiamsi commodius, qvàm jussus fuerat, negotium gerere possit: nisi mandato clausula generalis sit inserta: Reliqva committimus tuæ prudentiæ & discretioni: aliàs si præter mandatum aliqvid de novo emergens è re Principis esse videatur, illicò eum certiorem reddere aliudq; mandatum & consensum Principis expectare debet: sit deniq; Modestus.

309. *Post Legationem* hæc expendet Legatus: Ea qvæ in legatione contigerunt planè secreta habeat: omnia ad essentiam legationis facientia Principi suo fidelissimè renuntiet: Principi ab omnibus separato ea referat.

310. Legatus certa habet *Privilegia*: non potest capi pro repræssaliis: si domi conveniatur dum in legatione fuerit,

non tenetur respondere; vacare potest à muneribus publicis, non tantùm in Legatione sed & ad tempus post eam &c.

311. Circa hanc materiam nobilissimæ aliqvot *quæstiones* perpendendæ: videlicet; An Legati hostium mandatum scriptum etiam exhibentes sint inviolabiles? An veri Legati, legationem aliò tendere mentientes inviolabiles sint? An privilegia Legatis propter legationem cõcessa ad comites Legatorum etiam sint extendenda? An & nõ missi Legati Legationis munꝰ obtendentes sancti sint? An Legati speculandi gratiâ missi inviolabiles sint? An si vel ipsi vel ipsis addicti flagitiosum qvid commiserint, sancti sint? Tres priores affirmamus; Tres posteriores negamus,

312. Et sic fuit primum *Instrumentum*; sequitur Alterum Lex scilicet, qvæ sive sit *Forensis* Land-Recht/ sive *Moralis* Polizey-Ordnung/ ad Rempubl. constituendam oppidõ est necessaria.

313. Estq; jussum à Summa Majestate promulgatum; Nam ante promulgationis terminum, vel anteqvam promulgatio ejus sciri potuit, non valet.

314. De essentiâ itaq; Legis est promulgatio, non autem scriptio.

315. Legum *bonitatis ratio* danda est; cùm necessarium sit Legum accidens. Et qvamvis non omnium Legum postqvam invaluerunt, ratio reddi possit, nec etiam debeat; anteqvam tamen promulgantur certis rationibus ex Philosophiâ & Scriptura S. petendis fundandæ sunt.

316. *Leges* semel latæ non facilè mutandæ nec abrogandæ: siqvidem aliàs non solùm Legislatores sed & subseqventes Leges vili æstimabuntur propter insignem levitatem.

317. Tantum de constitutione primo Politicæ Medio! Seqvitur secundum, CONSERVATIO; cujus principia cum coincidant cum principiis constitutionis, breviores hîc esse poterimus.

318. Est autem *Conservatio* secundum medium Politicum qvo Resp. qvæ cœpit esse, pergit bene esse.

319. Pendet à DEI *Providentiâ, Angelorum custodiâ & Humanâ industriâ.*

320. Humana industria inprimis hîc

respicit 1. *Ordinationem*. 2. *Administrationem*. & 3. *Defensionem*.

321. *Ordinatio* illa est, qvâ in Rep. personas distingvimus in certos status & Collegia seu Sodalitates.

322. *Status* est unio personarum officii civilis gratiâ ordinata.

323. Statuum sunt *tres*, 1. *Ecclesiasticus* (ad qvem refertur *Scholasticus*) 2. *Politicus* (ad qvem refertur *Polemicus*) 3. *Oeconomicus*.

324. *Collegium* est unio certarum Personarum ad minimum trium, ejusdem muneris artis, professionis & rerum ad id pertinentium, autoritate Principis nixa. Hinc in statu Oeconomico sunt collegia Mercatorum & Opificum: In Scholastico Professorum & Studiosorum: in Ecclesiastico Pastorum & Presbyterorum; In Politico Magistratuum, Judicum, Consiliariorum, Militum.

325. Collegii finis est S. Bonum, cujus promovendi conservandi & augendi causâ Collegæ congregantur. Unde nil ad Resp. continendas stabilius qvam societa-

cietates, ſodalitia & collegia tueri. Ideo Solon, & Exemplo Solonis, Numa, Lycurgus & alii, Cives ſodalitiis & ſocietatibus devinxerunt.

326. Adminiſtratio eſt medium, qvo Cives in officio continentur.

327. Ejus conſideranda *Norma* & *Forma*.

328. *Norma* eſt Lex, cui conciliatur vis cenſurâ (reſpiciente præmia & pœnas) & Exemplo ſeu bonâ vitâ eorum, qvi præſunt.

329. Forma conſiſtit in *Functione* & *Relaxatione*.

330. *Functio* his continetur monitis 1. ad Magiſtratum pertinet Cura Religionis, ut illam conſtituat & defendat. 2. Magiſtratus ſubditos non debet cogere ad veram religionem ſed præparare. 3. Non poteſt Religionis ἀυτονομίαν, i. e. diſſidentium Religionum libertatem permittere: niſi (NB) publicis Regni conſtitutionibus diverſitatem Religionum permittentibus; aut impendentis mali maximi & planè inevitabilis periculi metu impediatur. 4. prudenter inter Hæreticos diſtin-

ſtingvat, qvi errant & qvi turbant. 5. Bona Sacra & Eccleſiaſtica conſtituat, & cõſtituta ne profanet. 6. Ædificia Scholaſtica extrui curet in loco commodo & ornet decenti cultu. 7. Vocet Doctores, qvi præditi ſunt *Voluntate* (conſiſtente in fidelitate & diligentiâ) & *Facultate* (conſiſtente in ſcientiâ & experientiâ) exercendi & coercendi juventutem. 8. Leges & Privilegia defendat accuratâ executione: ſtipendia Scholaſtica tempeſtivè perſolvat; Ædificia Scholaſtica ritè reparare curet, & Collegia Scholaſtica diligenter viſitet. 9. In Politiâ cuiq; muneri præficiat perſonam aptam & honeſtam. 10. Rationem habeat Jurisdictionis tàm Civilis qvàm Criminalis. 11. Proſpiciat ſubditis de peritis & fidelibus Medicis & Medicamentis probatis. 12. Accuratam habeat rationem annonæ & veſtitus. 13. Educari curet ſubditos in virtutibus Ethicis, Politicis & Oeconomicis.

331. *Relaxatio* eſt laborum & officiorum honeſta remiſſio: eaq; partim *Civilis*, ut ſunt convivia ſolemnia, ſolemnitates

tates nuptiales &c. partim *Militarù*, ut sunt, ludus gladiatorius, certamen hastilium, exercitium sclopetorum & arcuum statis temporibus: partim *ludicra*, ut sunt Choreæ intra honestatis fines cohibitæ &c.

332. *Defensio* est qva Resp. redditur tuta beneficio tùm Munitionum; tùm Armorum (unde bellum defensivum & justū); tùm fœderum.

333. Circa Munitiones notandum sc. 1. illas in finibus potius qvàm in mediâ ditione extruendas esse, ut si qvà vis hostium externa irrumpat, non intra ditionem, sed ex aliorum agris hostes expugnare eas cogantur. 2. Unicè propter conservationem Reipub. illis Principem uti; non verò ad opprimendos subditos, ad exercendam tyrannidem, ad lædendos vicinos debere abuti.

334. Arma vel sunt *minora* (qvæ Ductilia dicuntur) ut Gladius, Machæra, Romphæa, Scutum, Galea, Lorica, Sagitta, Sclopetum; vel *Majora* (qvæ vectilia dicuntur) qvæ apud nos Germanos variis esse;

efferuntur nominibꝰ, Carthaunen/ Feldschlangen/ Mörser/ Petarden &c.

335. *Bellum* sive sit terrestre sive maritimum, qvod pro medio bonæ administrationis agnoscimus, absolvitur 1. Fine justo, 2. Actu legitimo, reqvirente tùm aptas personas, (ut sunt 1. Magistratus Militares, 2. Milites in specie sic dicti, tam Pedites qvam Eqvites) tùm ordinem legitimum, qvi consistit in militaribus officiis.

336. Fœdera sunt pacta publica & legitima duorum vel plurium Regum & Principum, vel etiam Rerumpub: de mutuis auxiliis aut consimili re qvapiam sibi mutuò præstandâ.

337. Circa fœdera notanda sunt cumprimis 1. forma externa, qvæ apud varios variat. 2. Subjectum, seu personæ, qvæ fœdus contrahere possunt. 3. Objectum, illæ se. personæ, cum qvibus fœdera ineunda.

338. Conservationem Reipublicæ sequitur III. MEDIUM AMPLIFICATIO qvâ Resp. redditur magna & potens h. e. popu-

populosa & locuples, Volck- Guht- vnd Gelt-reich &c.

339. *Amplificatio* illa fit modis tùm *Internis*, tùm *Externis*.

340. *Amplificatio Interna* fit 1. Populi multiplicatione. 2. Libertatis & Immunitatum concessione. 3. Territorii elaboratione. 4. Ædificiorum magnificorum extructione.

341. *Amplificatio externa* fit 1. Alicujus integri territorii emptione. 2. Voluntariâ cessione. 3. Diversarum Civitatum. Rerump: Imperiorum unione. 4. Deditione. 5 Expugnatione. & 6. per dotem.

342. Ut autem retineantur sarta tecta illa Imperia per deditionem & expugnationem acqvisita observentur seqventia: 1. Novi dominatores auram popularem studiosissimè captent. 2. Nationes acqvisitas in Ducatus & Principatus erigant. 3. Lingvas, Mores & Leges suas in devictam provinciam disseminent. 4. Colonias deducant. 5. Qvidam perpetua amant militum præsidia. 6. *Machiavellus* vult Reipubl. formam planè novam instituti-

ſtituendam : qvod tamen ſi ſub initium occupationis fiet, difficile; ſi progreſſu temporis (ubi populus jam vires collegit), periculoſum eſt.

343. Ultimum & IV. Politicum Mediũ eſt Ruinam minantis & collapſæ Reipub: *Curatio & reſtauratio*, qvâ ſanantur morbi civiles qvi malè afficiunt Rempubl.

344. Ubi duo obſervanda. 1. Ipſe Reip: *collapſus*. 2. *Medendi Modus*.

345. Pro meliori horum cognitione diſtingvendum, 1. Inter naturalem Reip. infirmitatem & violentam ejusdem debilitatem. 2. Inter *Everſionem* Reip. (qvæ eſt, qvando gubernationis forma unà cum populo planè eliditur, extirpatur, aut in ἀναρχίαν degenerat) & *Converſionem*, qvando prior Reip. ſtatus mutatur qvidem; Respub. tamen non penitus interit.

346. *Converſio* illa neqvit adſcribi 1. Numeris. 2. certæ ſtellarum poſitioni. 3. Fato. 4. Conjunctionibus magnis. 5. Cometis. 6. Ecclipſibus: ſed partim 1. Inſidiis plebi ſtructis: partim 2. Libero Imperan-

perantium & Parentium arbitrio: partim 3. Bellis internis seu seditionibus, (qvæ oriuntur ex certis causis ab Arist. 5. *Polit.* assignatis; videlicet 1. ex honore nimio uni exhibito & reliqvis denegato. 2. Nimiis divitiis, vicinorum animos mirum in modum cruciantibus. 3. Ex validiori potestate Rebusp. concessâ. 4. Ex nimio alicujus in Rep. incremento. 5. Ex metu & desperatione. 6. Potentiorum conspiratione. 7. Hominum in Rep. viventium dissimilitudine) partim 4. Bellis externis.

347. Cœterum *Modus medendi* respicit *Remedia*, qvæ (ratione formæ internæ) vel *Aperta* vel *Arcana* (ratione efficaciæ, vel *Præservantia* vel *Curantia*.

348. *Aperta* sunt, qvando dicta & facta cum Internis cogitationibus conveniunt.

349. *Arcana* sunt occultæ rationes, seu consilia eorum, qvi in Rep. principatum obtinent, præsentis Reip. status conservandi causâ suppeditata.

350. Sunt vel *Generalia* vel *Specialia*.

351. Ar-

351. Arcana *Generalia* sunt: 1. Autoritas eorum penes qvos est summum Imperium. 2. Amor subditorum. 3. Justicia & nulla Dei offensio. 4. Accurata vicinorum cognitio.

352. *Specialia* respiciunt diversos Rerump. Status & qvidem I. Regnum *successorium* (ubi hæc observanda: 1. Princeps in novis casibus sit sagax. 2. Caveat, ne majorum statuta violet. 3. Patris consiliarios retineat. 4. Caveatur nimia unius potentia) II. Regnum *Electivum* (ubi ordines hæc teneant: 1. Ex una Familiâ non sæpè sumant Reges, nisi prægnans urgeat ratio, & virtus valdè sit conspicua, 2. Curetur ut sine certo Regis hærede, sine hærede Regni qvisq; publicas vires ad se trahat.) III. *Aristocratiam* (qvam hæc tuentur 1. Justa Optimatum potentia. 2. Imperii Popularis omnimoda denegatio. 3. Vicinarum Civitatum opitulatio. 4. Minorum Imperiorum ab una familia præscriptio. 5. Subditarum provinciarum humana tractatio). IV. *Democratiam*, qvam hæc conservant: si nulli

nimia

nimia aut longior potestas tradatur. 2. si Cives Externam Regum & Principum pompam contemnant. 3. si Cives Principibus non adblandiantur, aut oleum in auriculam illis instillent. 4. si nulli tantum tribuatur, ut ordinarium Reip. cursum cohibere possit. 6. si provideatur, ne omnibus & maximis muneribus Patritii, Familiaeq; antiqviores præficiantur. 7. si opera detur, ut populo libertas & licentia qvàm maximè reticeatur. 8. si præda loca publica, aqvæ, venationes nulli ne minimo qvidem subtrahantur.

353. *Remedia Præservantia* sunt 1. Gnava & Sollicita officii accuratio. 2 Legum latarum constantia solida. 3. Magistratuum pietas, prudentia & solertia.

354. *Remedia Curantia* sunt varia pro varietate morborum. Præcipuè autem notanda illa, qvæ adversus seditionem & tyrannidem deterrimam Reipub. labem ordinantur.

355. Aliter procedendum post *seditionem paucorum*, aliter post *seditionem universæ plebis*.

356. Post

356. *Post seditionem paucorum* hac via commodissimè itur: 1. Magistratus allaboret, ut seditio non ab unâ tantùm sed ab utrâq; parte extinguatur. 2. A mitioribus remediis (minis, amore patriæ, interpositione publicæ autoritatis) curationis ducetur primordium. Qvibus insolenter rejectis 3. duriora (exilia, bella, &c:) adhibeantur. Ubi tamen nota, tutius esse si utraq; pars qvàm si altera tantùm in exilium propellatur. Dissvademus insimul hujus negotii expeditionem per duellum, ex qvo exoriri posset spurius malæ causæ triumphus.

357. Post *abortam universæ plebis seditionem* hoc modo procedendum est: 1. Homines excellenti virtute & gloriâ Principes autoritate valentes, prudentiâ & ætate grandes, gestisq; præclaris conspicui furenti tumultuantium gregi opponantur. 2. Rem non impetuosâ qvadam audaciâ, inconsulto fervore aut crudâ violentiâ, sed debitâ modestiâ concinnalenitate decenti suavitate & tempe-

rata



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0235
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0236
DFG

ratâ gravitate aggrediantur. 3. Seditionis autores occultè conqvirant, conqvisitos arripiant, arreptosq; mellitis promissionibus expugnent. 4. Qvòd si verò vis omninò tentanda sit, in præcipuos graviùs statuatur, ut ad omnes metus ac paucos pœna pertingat.

358. *In curatione Tyrannidù* distinctè agendum. 1. Qvi in pleno ac legitimo Regno Rex est, à subditis violari neqvit; sed ei suspiriis & lacrumis ad Deum fusis est resistendum. 2. Qvi solâ administratione Tyrannus est, & re ipsâ alio inferior evertitur perfugiendo ad supremum justiciæ tribunal. 3. Qvi magis primus Magistratus, qvàm Princeps est, Syndicatroni populi omninò subjacet. 4. Qvibus ex lege fundamentali positi sunt custodes, seu Ephori, illi ab his in ordinem rediguntur. 5. Qvi certâ lege constringitur, ut principatu exuatur, Ephororum & Populi censuræ traditur. 6. Qvi in successorio Regno est, ab agnatis & primogenito officii sui monetur; item à

Rege

Rege vicino. 7. Qvi in populari ſtatu Tyrannidem exercere ſtudet, illi Magiſtratus adimendus eſt. Sed hæc Tyrannis ambulatoriis Magiſtratibus præcavetur. 8. In Ariſtocratiâ uni Tyranno reliqvi Magiſtratus reſiſtere debent: qvi ſi non ſufficiunt, vel omnes degenerârunt, populus ex publica autoritate contra Tyrannum procedit.

ROSTOCHI
Literis Johannis Richelii,
Anno M. D C. XLII.





Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0240
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730525139/phys_0241
DFG